

A faint, light gray watermark of classical architectural columns is visible across the page, centered vertically.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

<http://www.archive.org/details/annalesregnifran00anna>

SCRIPTORES
RERUM GERMANICARUM
IN USUM SCHOLARUM
EX
MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
SEPARATIM EDITI.

ANNALES REGNI FRANCORUM
ET ANNALES Q. D. EINHARDI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1895.

**ANNALES
REGNI FRANCORUM**

INDE AB A. 741. USQUE AD A. 829.

QUI DICUNTUR

**ANNALES LAURISSENTES MAIORES
ET EINHARDI.**


POST EDITIONEM

G. H. PERTZII

RECOGNOVIT

FRIDERICUS KURZE.

**HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1895.**



JAN 17 1958

10436

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

*Annales Regni Francorum ab a. 741. usque ad a. 829. pertinentes*¹, *quos vir doctissimus b. m. G. H. Pertz, editor optime de eis meritus, 'Annales Laurissenses Maiores' et 'Einhardi Annales' nuncupaverat*², *circiter anno 788. incepti et usque ad eum annum uno tenore scripti, exinde autem quotannis continuati esse videntur.*

*Auctorum nomina memoriae non sunt prodita, sed consentaneum est eos inter viros regi proximos quaerendos esse. Primo*³, *qui circa annum 788. scripsit et opus usque ad a. 795. continuavit, subsidio fuerunt Chronicci Fredegarii, qui dicitur, continuationes*⁴ *usque ad a. 768., deinde Annales Ripuarici, e quibus Annales S. Amandi*⁵ *derivati sunt, fere usque ad a. 772., tum Annalium Petavianorum*⁶, *qui feruntur, recensio prior usque ad a. 778. et Annales Murbacenses, qui Annalibus Guelferbytanis, Nazarianis, Alamannicis*⁷ *tamquam fundamento communi fuerunt, usque ad a. 781.*⁸, *denique Annalium Laureshamensis recensio antiquior, e qua etiam Mosellani*⁹, *qui dicuntur, fluxerunt, usque ad a. 785; praeterea Notitia illa de unctione Pippini regis a. 767. a quodam S. Dionysii monacho conscripta*¹⁰, *liber aliqui locorum, quibus dies festi natalis Domini et paschatis celebrati sunt, alia quaedam ex archivo palatii petita*¹¹. *Longe autem plurima scriptor aut ipse regem comitatus vidit aut ab aliis regis familiaribus audivit.*

Ad a. 788. cum annales perducti essent, exemplar

1) *De quibus cf. dissertationem meam tripertitam 'Ueber die fränkischen Reichsannalen und ihre Ueberarbeitung', I ('Die handschriftliche Ueberlieferung') 'Neues Archiv' XIX, 295—329, II ('Quellen und Verfasser des ersten Theiles') 'N. A.' XX, 9—49, III ('Die zweite Hälfte und die Ueberarbeitung') 'N. A.' XXI, 9—82. 2) MG. SS. I, 126—218.*

3) *Dubito anhic Rculfus fuerit, qui ab a. 787. usque ad a. 813. archiepiscopatum Mogontiacensem gessit, postquam in aula regis diutius diaconi munere functus est.* 4) *SS. rer. Merov. II, 179 sqq.* 5) *SS. I, 6—14.* 6) *SS. I, 7—13 et 16—18.* 7) *SS. I, 22—31 et 40—48.*

8) *Cf. 'N. A.' XX, 16—19, XXI, 81.* 9) *SS. XVI, 491—499; cf. 'N. A.' XX, 13—16. 32—33. XXI, 82.* 10) *SS. XV, 1; cf. 'N. A.' XXI, 81.*

11) *Cf. a. 757. et 758.*

eorum factum est, codex scilicet ille *Laureshamensis*, quo nomen *Annalium Laurissensium nancti sunt*¹. Verum etiam eam, quae subsequitur, particulam usque ad a. 795. ab eodem auctore scriptam esse e genere dicendi colligere licet. Sed iam deficit liberum ea narrationis abundantia, qua auctorem iis, quae narrat, ipsum interfuisse indicari solet; propterea iam circiter ab a. 788. in comitatu regis esse desiisse et tandem opus suum a. 795. alii continuandum commisisse videtur². Id quidem persuasum habeo, eum, qui tunc annales regni continuandos suscepit, neminem fuisse nisi *Einhardum*, quo constat vix quemquam exstitisse regi familiariorem.

Ab eo tempore multi annalium scriptores ex his hauserunt: primus auctor annalium quorundam Bawariorum, fortasse *Salisburgensium* (— 796), e quibus cum *Iuvavenses Maiores et Minores*, qui dicuntur, et *S. Emmerammi Maiores*³ tum *Maximiniani*⁴ et *Xantenses*⁵ derivati sunt⁶, deinde continuatores *Annalium Petavianorum* (— 796) et *Laureshamensium*, i. e. auctores *Annalium Mossellanorum* (— 797) et *Laureshamiensium* (— 798 aut 799). aliquanto post (c. a. 805.) etiam auctor illius chronici, cuius magnae partes cum in fragmentis codicum tum in *Annalibus Mettensibus*, *Chronico Anianensi*, aliis servatae sunt⁷, postea scriptor *Annalium S. Amandi* (— 808), primus auctor *Lobiensium*⁸ (— 810) continuatorque eorum, quos modo dixi, *Salisburgensium* (— 811)⁹.

Mortuo imperatore Karolo annalium compositio ea re paulisper intermissa videtur esse, quod *Einhardus* tum in vita illius describenda otium suum consumpsit. Dum imperfecti iacent, alterum exemplum eorum scriptum est, ex quo codices classis B pendent. Confecto autem illo negotio *Einhardus* ad annales revertisse, quoniam inter eam, quae sequitur, partem eamque, quae antecedit, nulla est elocutionis differentia. Neque tamen usque ad finem omnia ab eodem *Einhardo* scripta esse veri simile est, ac dubito, an in a. 820. ante verba Hoc anno propter iuges pluvias divisio facienda, reliqua autem pars alii auctori¹⁰ tribuenda sit. Intra-

1) *V. infra p. IX.* 2) *Hoc ipsum in Riculfum optime quadrat, qui a. 787. archiepiscopus factus est.* 3) *SS. I, 87 sqq.* 4) *SS. XIII, 19—25.* 5) *SS. II, 217—236.* 6) *Cf. 'N. A.' XXI, 11—22.*

7) *Quem equidem Fardulfum S. Dionysii abbatem (793—806) fuisse existimem.* *Ibid. 29—49.* 8) *SS. XIII, 224 sqq.* 9) *Communis Maximinianorum et Xantensium fontis.*

10) *Hilduinum archicapellum hunc fuisse cum Monodio conicio eidemque primam Annalium qui dicuntur Bertinianorum partem usque ad annum 837. deberi putem.*

annos 813. et 829. annales in Einhardi Vita Karoli et in ultima Annalium Laurensium continuatione, quae in Chronicon Moissiacense transiit (804—818)¹, exscripti sunt, item in Annalibus Sithiensibus, qui feruntur², fortasse ab Einhardo in usum monachorum Blandiniensium compositis (— 823)³.

Post natalem Domini a. 829. finis annalium factus est. Quamquam enim postea continuatio adiecta est, Annalium scilicet Bertinianorum, qui dicuntur, sive Regni Francorum Occidentalis pars prima (— 837), tamen ea, quoniam non eidem codici autographo adiuncta est, ab hoc opere separari solet. Ipso anno 830. duo exempla annalium regiorum scripta esse videntur (archetypa classium C et D), alterum (C), cui Annales Bertiniani adiuncti sunt, alterum (D), ut videtur, quod pro codice autographo iam per quadraginta annos manibus trito substitueretur. Illius etiam antea, quam continuaretur, exemplum factum (Cx), ex hoc Einhardus exemplar, quo ad Annales Fuldenses, qui feruntur, sive Seligenstadenses componendos uteretur, ab a. 771. sibi describendum videtur curavisse (Dx).


Hunc librum (D), quem autographi loco in palatio servatum esse opinor⁴, etiam is praesto habuit, a quo paulo post (circiter septimo aut octavo saeculi noni lustro) Annales Regni Francorum ab initio retractati sunt. Causa retractandi ea videtur fuisse, quod annalium veterum dicendi genus parum politum atque adeo barbarum viris doctis eius temporis Alcvini aliorumque opera in lingua Latina bene eruditis minus probabatur. Propterea annales retractati (E) — Annales Einhardi, qui dicuntur — vel ab eo loco magis magisque cum integris congruunt, a quo Einhardus horum auctor videtur esse, circiter ab a. 801. vero nihil nisi exemplar eorum sunt. At auctori minime satis fuit elocutionem mendis purgare ac tamquam lima polire, sed narrationem passim locutionibus ex operibus et veterum scriptorum, ut Caesaris, Livii, Taciti, aliorum, et aequalium atque in primis Einhardi petitis ornavit⁵ ac multa nova addidit, auctoribus quoque novis usus.

1) Cf. 'N. A.' XXI, 26—29. 2) SS. XIII, 34—38. 3) Cf. 'N. A.' XVII, 138. XXI, 71. 4) Quod si verum est, dubitare licet, totusne codex autographus descriptus sit an partes tantum vetustiores tritioresque, verbi causa usque ad a. 800. aut 810. Recentiora igitur fortasse codici D cum autographo communia fuerunt. 5) Quibus investigandis ipse nihil curae tribui; ex eis tamen, quas M. Manitius ('N. A.' VII, 517—568) et R. Dorr ('N. A.' X, 241—305) collegerunt, insignissimas quasque adnoto.

D
D
3
.M82
A61

Fontes, quos adhibuit, fuerunt Chronicon illud, de quo supra mentio facta est, Vita Karoli ab Einhardo conscripta, Annalium Fuldensium q. f. pars prima ('Annales Einhardi Seligenstadienses'), fortasse etiam Annales Sithienses ('Annales Einhardi Blandinienses'). Multo plura autem ex eis adiecit, quae ipse meminerat, atque ex his colligi potest, eum iam ab ultimo fere octavi saeculi decennio in aula regis versatum esse. Verum enimvero sententia eorum, qui testimonio Translationis S. Sebastiani¹ nixi Einhardum auctorem fuisse arbitrantur, falsa iudicanda est, quia nihil nisi scribendi ratio, non animus in eum convenit.. E formis quorundam nominum apparet scriptorem gentis Saxonicae aut Frisonicae fuisse²; quis fuerit, cognosci nequit³.

Codicum mss. haec videntur esse stemmata:



1) Cf. Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I⁶, 199. 2) Cf. 'N. A.' XXI, 77 sq. 3) M. Meyer (*Dissert. inaugur. Monasteriensis* 1893) *Geroldum Ludowici imperatoris archidiaconum, natione Saxonem, annales veteres retractavisse coniecit: sed et haec conjectura nimis incerta est, et eundem etiam aut ultimam annalium partem aut Vitam Hludowici anonymam scripsisse nullo modo concedi potest.*

Sunt autem hi codices:

*A 1. editio princeps codicis loco habenda, auctore H. Canisio¹ (in editione Pertziana n. 1), qui ‘apographo in Bavaria bibliotheca’ usus est (*Ax*), ‘quod transcriptum ex membranis pervetustis monasterii Laurissae prope Wormatiam’, i. e. codice quodam antiquo Laurissensi sive Laureshamensi (*A*), ‘testatur is ipse, qui transcripsit’. Continet annales ab initio usque ad a. 788. cum continuatione brevi ex Annalibus Laureshamensibus (— 793) petita².*

A 2. codex Florentinus saec. XI. (in edit. Pertzii n. 14), qui annos 741—749 continet Libro Historiae Francorum³ adiunctos. Quod fragmentum, ut suum locum habeat, arbitrio huic classi tribuendum statui, quamquam, num e codice A derivatum sit, valde dubium est⁴. Ad collationem, quam Pertz fecit, supplendam codice

A 2 a. Vindobonensi 3126 (hist. prof. 477) saec. XV. (in ed. Pertz. n. 14b), quem post Pertzium V. Cl. Herzberg-Fränkel me rogante benigne contulit, ita usus sum, ut lectionem huius notarem, ubi illius ignota erat.

*Codices B 1 et 4 in anno 813. eisdem verbis multis suorum amissis recesserunt finiuntur; B 2. 3. 5 eiusdem familiae esse, lectionum convenientia probatur. Quorum tres (B 1. 2. 3) tam propinquā cognatione coniunguntur, ut eos e communi fonte (*Bx*) fluxisse veri simile sit⁵.*

B 1. codex Vaticanus reginae Christinae 617 saec. IX., olim Petavianus (in ed. Pertz. n. 2), iam pridem a Pertzio, denuo a V. Cl. J. Tschiedel Romae meum in usum collatus. Incipit a verbis placitum venerunt in a. 777. mutilus et exit in a. 813. verbo recesserunt medio in folio 68.

B 2. Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon (in ed. P. n. 7b), quod ab a. 741. usque ad a. 813. ex his annalibus derivatum est.

B 3. codex Vaticanus reg. Christ. 213 saec. X., olim Petavianus (in ed. P. n. 3), qui post Fredegarii continuationes et Annales Laureshamenses antiquiores 768—790 (Fragmentum Chesnii, quod dicitur), nostros ab a. 791. usque ad a. 806. continet, a V. Cl. Holder-Egger in itinere Italico a. 1885. collatus.

B 4. codex Parisinus 5941 A (in ed. P. n. 7), olim Colbertinus, antea Loiselianus, saeculo XI. in monasterio

¹⁾ *Antiquae Lectionis tom. III., Ingolst. 1603, pars I, p. 187—217.*

²⁾ *V. infra p. 84.* ³⁾ *SS. rer. Merov. II, 328.* ⁴⁾ *Conf. ‘N. A.’ XIX, 300 et XXI, 79.* ⁵⁾ *Ibid. XIX, 300—307 et XXI, 79 sq.*

*Brantosmensi*¹, ut videtur, exaratus. Est 26 foliorum continetque annales ab initio usque ad idem, quo B 1 exit, verbum non mutilus. *Ipse eum Sundiae a. 1892. contuli.*

B 5. Annales Tiliiani, qui feruntur, primum a Chesnio in *Historiae Francicae Script. tomo II.* (p. 11—21) ‘ex antiquo codice MS. Iohannis Tili’i, qui periisse videtur, editi, deinde a Pertzio in *Mon. Germ. SS. tomo I.* (p. 219 sqq.) iterati. Continet annales regios ab initio usque ad a. 807. in angustum coactos desinuntque verbis diversis tincta coloribus. Fuerunt mutili. *Codicis amissi loco editio princeps a me iterum collata est.*

Libri mss. classis C, ut alia omittamus², eis potissimum indiciis cognoscuntur, quod ea, quae ad a. 773. et 776. in margine codicis autographi videntur adiecta fuisse³, aliis locis atque ceteri codices exhibent et ad a. 828. unum enuntiatum⁴ habent, quod ceteris deest. *Huius classis duae sunt familiae: altera pendet e codice aliquo, in quo annalibus Liber Historiae Francorum cum parte continuationis Fredegarii (c. 107—110, in editione Kruschiana 10—24) praemittebatur (Cx), altera ex annalibus ab ignoto quodam auctore⁵ usque ad a. 837, a Prudentio episcopo Trecassino usque ad a. 861., ab Hincmaro archiepiscopo Remensi usque ad a. 882., continuatis (Cy).* *Ipse igitur codex C is videtur fuisse, cui prima harum continuationum (830—837) adiuncta est; codicem autem Cx, antea quam ea continuatio incoharetur, i. e. ipso fere a. 830. scriptum esse necesse est.* *Huius duo sunt exempla:*

C 1. codex Parisinus 10911 (suppl. lat. 125) saec. IX. (in ed. Pertz. n. 8), olim Leodiensis et, ut ipsi inscriptum est, ‘ex Bibl. Ill. Baronis de Crassier A. 1755. Leodii divenditus’. *Ipse eum Sundiam et inde Berolinum transmissum contuli.* Continet *Librum Historiae Francorum adiunctis Fredegarii continuati capp. CVII—CX et annales eadem manu exaratos.* *Ex hoc descriptus videtur esse*

*C 1 a. codex Gissensis n. 254 a saec. XVIII.*⁶

C 2. codex Petropolitanus L. F. Otd. IV. n. 4 saec. X. in monasterio S. Medardi Suessionico scriptus et a Petro Dubrowsky ante hos fere centum annos in Russiam ablatus. Continet post *Librum Historiae Francorum ex Fredegario continuato auctum et Annales Regni Francorum etiam Annales Bawaricos Breves (SS. XX, 8), Vitam Karoli, Vitam Hludo-*

1) *V. infra p. 28.* 2) *Cf. ‘N. A.’ XIX, 307 sq.* 3) *Infra p. 36. 38 et 44. 46.* 4) *V. infra p. 176.* 5) *Quem Hilduinum fuisse suspicor.* 6) *‘Archiv’ IX, 577.*

wici, Genealogiam Regum Francorum (SS. XIII, 246 sq. n. IV). Annales a me in bibliotheca Berolinensi collati sunt.

Aut ex hoc aut simili codice fluxerunt

C 2 a. ‘Vita Karoli Magni incerti auctoris’ a Chesnio ‘ex veteri Codice MS. Bibliothecae Thuanae’, i. e. codice Parisino 5943 B saec. XI., edita (in ed. P. n. 10) et

C 2 b. Ademari Historiae¹, quarum libro alteri a Pitheo separatis edito Chesnius nomen ‘Vitae Karoli Magni per monachum Engolismensem scriptae’ indidit (in ed. P. n. 11).

Aut ipso codice C usque ad a. 837. continuato aut exemplo eius cum auctor Annalium Mettensium (in ed. P. n. 9b) tum Prudentius Trecassinus usus est, qui annales usque ad a. 861. continuavit. E Trecassino codice (Cy) annales in Remensem (Cy₁) transscripti sunt, in quo Hincmarus eis tertiam continuationem (— 882) adiecit. Idem antepositis Eutropii Breviario, Marcellini Chronico, Notitia Provinciarum Gregoriique Chronico cum partibus Fredegarii continuati unum opus videtur effecisse, quod ab urbe condita usque ad annum p. Chr. 882. pertinebat. Totius operis unum est exemplum

C 3. codex Bertinianus sive S. Audomari (St. Omer) saeculi X. nunc in duas partes divisus, quarum prior (liber bibliothecae publicae n. 697) Eutropium, Marcellinum, Notitiam, posterior (n. 706) Gregorium cum Fredegario et annales continet (in ed. P. n. 9). Ex hac Berolinum missa ipse annales usque ad a. 829. contuli. Huius libri

C 3 a. codicem Bruxellensem nr. 6439 — 6451 ‘olim S. Vedasti Atrebensis, post collegii societatis Iesu Antwerpensis, membranaceum saeculi XI.’ exemplar esse G. Waitz² cognovit.

Ex eodem fonte, quo C 3, derivatus est etiam

C 4. codex Chronicus Vedastini Duacensis n. 753, sub finem saeculi XI. in monasterio S. Vedasti exaratus³. Sed ad verbum ab a. 815. demum maiores partes annalium transcriptae sunt, atque eae ipsae adhuc nunquam collatae, siquidem editor eas tamquam supervacaneas omisit.

Codices classis D, cuius librum archetypum, ut supra dixi, in palatio scriptum esse suspicor, ut pro autographo substitueretur, maxime ea re a ceteris differunt, quod in eis ad annos 785. et 792. pauca de coniurationibus Hardradi

1) SS. IV, 106—148. 2) ‘Annales Bertiniani’, rec. G. Waitz (Hann. 1883) p. IX. 3) Cf. editionem Waitzianam, SS. XIII, 674 sqq.

et Pippini e Vita Karoli et Annalibus Sithiensibus petita interponuntur, quae ceteris desunt.

D 1. codex Vindobonensis n. 473 (hist. eccl. 90) saeculi IX. (in ed. Pertz. n. 5), olim Wormaciensis, postea Ambrasinus, a me Sundiae collatus, praeter alia minora primum Gesta Pontificum Romanorum continet, deinde historiam e Libro Historiae Francorum et continuatione Fredegarii excerptam, tum annales, quibus ad a. 814. Vitae Karoli pars posterior intermisctur, denique Genealogiam Domus Carolingiae sub finem mutilam.

Libri D 2. 3 e communi fonte derivati sunt (Dx), qui ab a. 771. demum ordiebatur:

D 2. Annalium Fuldensium, qui dicuntur, pars prima (in ed. P. n. 4), cuius auctor, quem Einhardum fuisse equidem persuasum habeo, ab a. 771. usque ad a. 795. nonnulla, inde usque ad a. 827. paene omnia ex Annalibus Regni Francorum mutuatus est. Neque vero obliviscendum, primam Annalium Fuldensium partem non ex recensione primi auctoris, sed Ruodolfi tantum, qui alteram partem (838—863) adiunxit, superesse.

D 3. codex Vindobonensis n. 612 (hist. prof. 989) saeculi XI. (in ed. P. n. 6), olim Altahensis, Sundiae a me collatus. Continet annales ab a. 771. et adnexam ad eos Vitam Godehardi priorem ipsius auctoris, Wolfherii canonici Hildesheimensis, manu scriptam.

Restat, ut libri recensionis E sive annalium retractatorum, qui falso dicuntur Einhardi, enumerentur. E 1—8 omnes ex uno archetypo (Ex) orti sunt, in quo Vita Karoli annales antecedebat; intra hanc familiam et codices E 1. 2 et E 3—7 propioribus vinculis inter se ligari communibus mendis probatur.

E 1. codex Vindobonensis n. 510 (historiae profanae n. 654) saeculi IX. exeuntis (in edit. Pertz. n. 1), olim Gotwicensis, Sundiae a me collatus est. Continet Vitam Karoli et post eam ne una quidem linea intermissa annales eadem manu scriptos; praefixa est Historia Apollonii Tyrii manu saec. XI., suffixa Epistula Domini nostri Iesu Christi mutila manu saec. XI. aut XII. exarata. Exemplar eius

E 1a. codicem Vindobonensem n. 9020 (hist. prof. n. 154) chartaceum saeculi XVII. esse Pertz vidit.

E 2. codex Parisinus n. 5942 saeculi X. (in ed. P. n. 2), olim Beccensis, item Sundiae a me collatus, mutilus incipit ab a. 743. Huius tria sunt exempla:

*E 2 a. codex Parisinus n. 5943 chartaceus saec. XVI.
(in ed. P. n. 13) iussu Georgii cardinalis de Armaniaco
(† 1585) scriptus;*

*E 2 b. codex Vaticanus n. 3849, item chartaceus
saec. XVI.;*

*E 2 c. codex Vindobonensis 11817 (catal. theolog. n. 269),
a. 1540. a Ioh. Fabro episcopo Vindobonensi scriptus.*

Codices E 3—7 e communi fonte *Ex₂* dupli ductu derivati sunt, duobus libris, qui perierunt, (*Ey et Ez*) interpositis. Alterius (*Ey, Laureshamensis, ut videtur*), in quo Vitae Ludowici a Thegano conscriptae capita 1—7 Vitam Karoli antecedebant, capita 8—58 annales sequebantur et inter annos 751. et 753. nota monasterium Laureshamense spectans¹ inserta erat, exempla sunt tria (E 3. 4. 5), quorum duo (E 3. 4) intercedente quodam codice amissio (*Ey₁, fortasse Treverensi*) etiam propiora inter se videntur esse:

E 3. codex Treverensis n. 1286, 43, a. 1084. Prumiae scriptus (in ed. P. n. 3) a me Halae collatus. Continet Reginonis Chronicon, Thegani cc. 1—7, Vitam Karoli, annales, Thegani cc. 8—58.

E 4. codex Britannici Musei n. 21109 saeculi XII., olim Steinfeldensis e dioecesi Coloniensi, nondum collatus². Continet Vitam Dagoberti, Vitam Karoli, Thegani cc. 1—7, annales usque ad a. 827., Vitam Hludowici anonymam, Theganum usque ad c. 22 mutilum, Widukindum, alia minora.

E 5. codex Parisinus 15425 (Sorbonnianus n. 907) saeculi XI. ignota origine (fortasse Lotharingica), Berolini a me leviter inspectus, non collatus. Continet Iustinum, Senecae dissertationem De beneficiis, Thegani cc. 1—7, Vitam Karoli, annales, Thegani cc. 8—58, Epistulam Alexandri Magni ad Aristotelem in fine mutilam.

Ex altero codice amissio (Ez), qui Vitam Karoli et annales cum Notkeri (Monachi Sangallensis) Gestis Karoli quasi in unum opus, quod Gesta Karoli inscribebatur, coniuncta praeebat, hi codices fluxerunt:

*E 6. codex Hannoveranus n. XIII, 858 saec. XI.
(in ed. Pertz. n. 4), ignota origine, a me Sundiae collatus.
Incipit mutilus a verbis Vitae Karoli (c. 9) ut loci et angustiarum situs; Vitam annales subsequuntur, qui cum illa primum librum efficiunt; Notkeri duo libri secundus et tertius*

1) Cf. *infra* p. 11. 2) Sed quae de eo rogavi, V. Cl. J. H. Jeayes Londiniensis mecum communicavit.

numerantur; codex desinit verbis orationibus scilicet (c. 20) mutilus.

E 7. codex Monacensis n. 17736 saec. XII. (in ed. P. n. 8), olim bibliothecae SS. Andreae et Magni in oppido Stadt-am-Hof, Sundiae a me collatus. Hic Vita Karoli per se primum librum, annales secundum, Notkeri Gesta tertium quartumque librum efficiunt. Sequuntur tres epistulae ad litem imperatorum et pontificum pertinentes eadem prima manu scriptae, post eas alia manu Tractatus de investitura episcoporum (Libelli de lite II, 495—504).

Aut ex hoc aut ex aliquo, qui periiit, huius simillimo ceteri codices derivati sunt, in quibus Vita Karoli, annales, (Notkeri) Gesta in quattuor libros dividuntur:

E 7a. codex Vindobonensis n. 532 (hist. eccles. n. 110) saec. XII. (in ed. P. n. 5), in quo annales ipsi tamen saec. XV. demum suppleti sunt. Continet etiam Tractatum de inv. episc. (cf. Libell. de lite II, 496).

E 7b. codex Vindobonensis n. 610 (hist. prof. 990) saec. XIII. (in ed. P. n. 6), olim monasterii Kremsmünster.

E 7c. codex Mutinensis bibliothecae Estensis n. V, D 12 saec. XV. (in ed. P. n. 11).

E 7d. codex Casselanus historicus n. 5 saeculi XV. exeuntis (in ed. P. n. 12); Gestorum Karoli Magni libri IV a. 1498. scripti sunt.

E 7e. codex Musei Britannici Arundelianus n. 242 saec. XV.

E 7f. codex Monacensis n. 569 saec. XV.

Aut ipso codice Ex aut exemplo inde descripto etiam

E 8. Poeta Saxo, qui dicitur (SS. I, 225—279), usus est, quem inter codices annalium numerandum esse arbitror, quia ad textum recensendum saltem in nominibus propriis non inutilis videtur. Incipit autem demum ab a. 772. neque ultra a. 801. annalibus utitur; unde eum, quem habebat, codicem mutilum fuisse appareat.

Propius vero quam hi omnes ab autographo videatur distare

E 9. codex Monacensis n. 23618 saeculi X. (in edit. Pertz. n. 10), olim Salisburgensis, ut videtur, Halae a me collatus, quem valde mutilum non amplius 40 folia annos 806—821 amplexa continere sane dolendum est.

*Scriptorum, qui Annalibus Regni Francorum sive integris sive retractatis usi sunt, plurimos iam commemoravimus; accedunt auctor Vitae Hludowici *anonymus*, Benedictus*

de S. Andrea, *Ekkehardus Ursagiensis. Annalista Saxo*, quem Pertz horum in numero posuit (n. 12), non hinc, sed ex Ekkehardi Reginonisque chronicis hausit.

Editiones Pertzianam hae antecesserunt:

1. *Annalium, qui dicuntur Einhardi:*

a. 'Annales Regum Francorum' edidit H. comes de Neuenar (Nuenarius) Coloniae a. 1521. codicibus, ni fallor, E 3 et E 4 usus; quae editio Coloniae a. 1561. et Lipsiae a. 1616. iterata est.

b. 'Annales regum Francorum' edidit J. Reuber in Veterum Scriptorum tomo I. Franconofurti a. 1584. ex editione principe; haec editio Hanoviae a. 1619. et a G. Ch. Joanni Franconof. a. 1726. renovata est.

c. 'Annales Francorum regum' ed. M. Freher in Corporis Historiae Francicae Veteris et Sincerae parte II. Hanoviae a. 1613. ex editione principe collata cum codice quodam 'de coenobio S. Germani', qui classis C fuisse videtur, nunc autem latet.

d. 'Annales Eginhardi' ed. A. Du Chesne in Historiae Franc. Scriptorum Coaetan. tomo II. Parisiis a. 1636. editionibus Nuenarii, Freheri, Reuberi usus, adiunctis in eodem tomo aliquibus emendationibus ex codice E 2a sumptis.

e. 'Annales Eginhardi' annis 802—813 cum fine a. 801. et initio a. 814. omissis ed. M. Bouquet in Rerum Galliarum et Francicarum Scriptorum tomis V. et VI. Parisiis a. 1744. omnino secundum Chesnium, priorem partem (741—801) comparatam cum editionibus prioribus et quodam 'codice regio n. 8394', qui nunc latet, alteram (814—829) cum 'Annalibus Bertinianis' (v. infra 2c) et codicibus C 1 et C 2a.

2. *Annalium Regni Francorum:*

a. 'Francorum Annalium Fragmentum' (*Annales Regni usque ad a. 788. et Laureshamenses abinde usque ad a. 793.*) edidit H. Canisius in Antiquae Lectionis tomo III. Ingolstadii a. 1603. e codice Monacensi iam amisso (cf. supra A 1); hanc editionem J. Basnage in Thesauri Monumentorum Eccles. et Histor. tomo II. iteravit.

b. 'Annales Rerum Francicarum' usque ad a. 813. ed. A. Du Chesne in Hist. Franc. Script. Coaet. tomo II. Parisiis a. 1636. 'ex vetusto exemplari MS. Ant. Loiselii' (B 4), unde etiam Loiseliani dicebantur, collatis editione Canisii duabusque Petavianis B 1 et B 3.

c. 'Annales Bertinianos', i. e. *Annales Regni Francorum totos cum continuationibus usque ad a. 882.* edidit A. Du Chesne in tomo III. e codice C 3.

d. ‘*Annales rerum Francicarum*’ usque ad a. 814. ed. *M. Bouquet in Rer. Gall. et Franc. Scr. tomo V. secundum Chesnium, collatis editione Canisii, codice C 1, editione Chesniana codicis C 2a, Annalibus Eginhardi fragmentoque parvo finem anni 813. et initium anni 814. amplexo, quod P. Lambeck e codice D 1 in Commentariorum de bibl. Caesarea Vindobonensi tomo II. a. 1669. publici iuris fecerat.*

Primam autem editionem vere criticam G. H. Pertz in *Monum. Germ. SS. I*, p. 124—218 instituit eum in modum, ut praeter codices eas tantum editiones respiceret, quae aliquibus codicibus nitebantur, quos nancisci non poterat. Atque ad antiquiores annales — quibus ab illo codice Laurenshamensi, cuius exemplo Monacensi Canisius usus erat, nomen Laurissensibus Maioribus indidit — edendos haec instrumenta adhibuit:

1. editionem Canisii (A 1),
 2. codicem B 1, quem ipse contulerat,
 3. adnotationes Chesnii e codice B 3,
 4. *Annales Fuldenses* (D 2),
 5. 6. codices D 1. 3 Vindobonae collatos,
 7. editionem Chesnianam codicis B 4,
 - 7 b. *Reginonis Chronicon* (B 2),
 8. adnotationes Chesnii e codice C 1,
 9. 10. 11. editiones Chesnianas codicum C 3. 2 a. b,
 12. *Annalistam Saxonem*,
 13. *Benedicti de S. Andrea Chronicon*,
 14. codicem A 2 a se collatum,
 15. fragmenta parva ad annos 742—755. 758. 759.
 775. pertinentia e codice Vindobonensi n. 613 (hist. prof. n. 991), quae ego ut supervacanea neglexi;
- in ‘*Annalibus Einhardi*’ autem recensendis his subsidiis usus est:

1. codice E 1 Vindobonae collato,
2. codice E 2, quem C. Weber Parisiis,
3. codice E 3, quem C. Wyttenbach Treveris ei contulerat,
4. 5. 6. codicibus E 6 et E 7 a. b a se collatis,
7. editione Freheri (propter codicem Germanensem),
8. codice E 7 a se collato,
9. editione principe (propter codicem E 4),
10. codice E 9 tunc Ambergensi ex apographo ibi facto,
11. 12. codicibus E 7 c. d, quos ipse inspexerat.

In nostrum sermonem Annales qui dicuntur Einhardi ab O. Abel (1850) translati sunt; quos recognovit Wattenbach a. 1880.

Mihi in textu recensendo libri A 1. 2. B 1. 2. 3. 4. C 1. 2. 3. 4. D 1. 2. 3. E 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9 respiendi sunt; praeterea, ut supra dixi, codicis A 2a ibi rationem habeo, ubi, quid A 2 exhibeat, non constat. Ex his A 2. B 3. C 4. E 9 partes tantum annalium minores maioresve continent, C 4 non collatus est, E 4. 5 paucis locis inspecti sunt, B 2 (Regino), B 5 (Ann. Tiliani), D 2 (Ann. Fuld.), E 8 (Poeta Saxo) ceteris non pares putandi, quia auctores annalibus liberius usi non ad verbum eos descripserunt. Tamen codicum numerus tantus est, ut neque opus sit neque licere videatur, quam unusquisque lectionem habeat, ad quodlibet vocabulum adnotare. Quam ob rem exceptis nominibus propriis, numeris vocibusque raro usitatis plerumque eas tantum lectiones variantes adnoto, in quibus duo aut plures codices convenient, singulos codices a ceteris dissidentes omnino neglego, praeterquam quod in eis operis partibus, quae barbaro stilo conscriptae sunt, formas eiusmodi, quae fortasse ab auctore usurpatae, a librariis propterea, quod a Latinitate recedunt, correctae esse possint, etiam e singulis codicibus (in primis A 1. B 1. D 1) in notas recipio. Porro codici E 3 et ab a. 814. codici C 3 maiorem curam tribuo, ubi codicibus E 4. 5 et C 4 non collatis suspicari licet, in eis idem inveniri. Item, ubi vocabula uno plura omittuntur, id etiam in singulis codicibus adnotandum censeo; in A 1 vel singula vocabula omissa respicio, si aliquid suspicionis est, fieri potuisse, ut in autographum post a. 788. insererentur; in B 2. 5. D 2. E 8 autem nec vocabula nec enuntiata omissa curo, nisi alii quoque eiusdem classis codici desunt. Propterea in unaquaque pagina omnes codices, qui eo loco adhiberi possunt, en numero, ut, quali in fundamento textus constructus sit, lector ubique videat, B 2. 5. C 4. D 2. E 4. 5. 8 autem uncis includo, quia, cum de his nihil adnotatur, ex ea re non licet colligere, eos cum ceteris consentire.

Orthographicas variantes in eis partibus, quae bene Latine scriptae sunt, etiam tum neglego, cum tres vel plures codices easdem exhibent, nisi aut omnes eiusdem classis aut plurimi unius cum aliquibus aliarum classium aut plures quam tertia pars omnium codicum inter se concordant. Retractatorum vero annalium orthographiam, quatenus ab anti-

quioribus recedunt, omnino classicae Latinitati accommodavi, siquidem auctor linguae Latinae admodum peritus fuit, codices autem ex uno exemplo fluxerunt, quod non autographum illius erat. Ob eandem causam in hac operis parte, quoniam ab uno auctore uno tenore scripta est, quantumvis codices discrepant, easdem ubique nominum proprietatum scripturas retineo. Eadem fere ratione, quoad eius fieri potest, nomina propria etiam in ea antiquorum annalium parte tracto, quae uno tenore composita videtur esse, i. e. usque ad a. 788; abinde autem non curo, si diversae unius nominis in eadem pagina formae occurrunt, quoniam diversis temporibus scriptae esse possunt.

Denique lectiones quasdam saepius occurrentes generaliter hic adnoto, ne centies easdem singulas suo quamque loco adnotare cogar:

numeris annorum carent D 3. E 6. 7; capitum numeri adduntur in B 1. E 7;

verba et inmutavit se numerus annorum in et similia, quae ab a. 758. usque ad a. 808. in fine uniuscuiusque anni posita sunt, semper in B 2. 5. D 2. E et ab a. 762. etiam in A 1 omittuntur;

vocabula domnus, magnus, supradictus, gloriosus similia saepissime omittuntur in D 3, nonnunquam etiam in A 1 et C 3;

adque semper fere scribitur in B 1;

Carlmairnus semper in A 1, ab a. 768. autem Carlo manus; Karolus magnus in A 2, Karlomannus in C 2;

Carolus semper in A 1. 2. B 1. C 1 et usque ad a. 774. in D 1; Karolus semper in B 5. C 2. D 3, ab a. 768. etiam in C 3 et ab a. 774. in D 1; utroque nutat B 4; in B 2 dubium, Carolus Karolusne, in D 2, utrum Carlus an Karclus legendum sit; ego usque ad a. 788. semper formam Carolus praefero;

Gripho et Lippa semper leguntur in B 2;

Longobardi usque ad a. 773., Longibardi abinde semper in A 1;

Pipinus semper in A 1. B 4, Pipinnus ab a. 781. in D 1;

Thessilo, ab a. 781. autem Thassilo in A 1; Dasilo in B 5;

Wapharius semper in A 1, Waffarius in B 4, Wai ferus in B 5;

sigla e, p, pbr in plerisque codicibus creberrima semper solvo in ae, prae, presbyter; B 1 et E 7 plerumque e, pre, presbiter exhibent.

In margine interiore paginas editionis Pertziana adnoto. Notae, quas ex illa retinui, addita littera P. signantur; litteras vero M. et D. uncis inclusas eis adnotationibus subscripti, quae e dissertationibus Manitii et Dorrii supra (p. VII) commemoratis sumptae sunt.

Confecto tandem opere, in quo amplius tribus annis et dimidio otium ab officiis ludi parcum relictum maxima ex parte consumpsi, sane iuvat eis gratias agere, quorum opera adiutus sum. Nemo est, cui gratiam maiorem debeam quam viro clarissimo E. Dümmler, qui auctoritate sua effecit, ut quattuor codices Parisini (B 4. C 1. E 2. 5), Petropolitanus (C 2), Bertinianus (C 3) in meum usum partim Sundiam partim Berolinum mitterentur. Post illum maximas ago gratias viro humanissimo R. Baier bibliothecae magistratus Sundiensis praefecto, cuius liberalitate factum est, ut codices B 4. C 1. D 1. 3. E 1. 2. 6. 7 Parisiis, Vindobona, Hannovera, Monaco transmissos in bibliotheca Sundensi conferre possem; item viris illustrissimis O. Hartwig bibliothecae universitatis Halensis directori et Stern librorum mss. bibl. regiae Berolinensis custodi, qui benevole concesserunt, ut codicem Treverensem (E 3) et fragmentum Monacense (E 9) Halae, codices Parisinum (C 1), Petropolitanum (C 2), Bertinianum (C 3), Casselanum (E 7 d) Berolini inspicerem, necnon illarum praefectis bibliothecarum, qui libros sibi creditos mihi conferendos permiserunt; denique viris doctissimis J. Tschiedel, qui Romae codicem B 1 contulit, et S. Herzberg-Fräckel tunc Vindobonensi, J. H. Jeayes Londiniensi, A. Molinier et H. Lebègue Parisiensibus, C. Weeke Havniensi, qui ea, quae de codicibus in urbibus eorum asservatis ab eis quae siveram, tam accurate quam benigne mecum communicauerunt.

Dabam Berolini d. 5. m. Oct. a. 1895.

F. KURZE.

CORRIGENDA.

P. 36, l. 7 lege castrag metatus est.

P. 137, n. 3) lege 'Grimoaldo IV.'

**ANNALES
REGNI FRANCORUM
INDE AB A. 741. USQUE AD A. 829.**

QUI DICUNTUR

**ANNALES LAURISSENTES MAIORES
ET EINHARDI.**

ANNALES REGNI FRANCORUM (ANNALES LAURISSENTES MAIORES).

*741.

Ann. Ripuar.

DCCXLII. a.¹ Carolus^{b.*} maior domus defunctus est^{c.}

*p. 134.

742.

ib. DCCXLII. a Quando^d Carlomannus^e et Pippinus^f maio-
Cont. Fred. 25. res^g domus duxerunt exercitum contra Hunaldum^h ducem Aqui-
tiorumⁱ et ceperunt^j castrum, quod vocatur Luccash.^k

*) Martellus add. A 1.

A 1. 2[a]. B(2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

741. a) DCCXLV. A 2; deest C 3; totus annus deest D 1. b) Karolus semper
B 5. C 2; Karlus C 3. c) deest A 1.

742. a) DCCXLVI. A 2; deest C 3. b) Carlmannus semper A 1; karolus magnus
semper A 2; karlmannus semper C 2. c) pipinus semper A 1. B 4. d) maior A 2.
B 5. C 1. 2; maiorum C 3; erasis litteris um D 1. e) Huualtum A 1; hunol-
dum B 5. u. m 1. f) Aquitaniarum A 1; aquitanorum A 2. B 2. 5. g) cooperunt
B 4. C 1. 2; ceperunt C 3. h) Luicas A 1; lucas B 2. 4. C 3.

1) Cf. Ann. S. Amandi 741: Karlus dux Francorum mortuus
est Id. Oct. 2) Ann. S. Amandi 742: Karl. duxit exerc. c. Chunal-
dum; Cont. Fred. 25: rebellantibus Wascones in regione Aquitania cum
Chunoaldo duce . . . Carlomannus atque Pippinus germani principes
. . . Lucca castrum . . . subvertunt. 3) Loches.

ANNALES QUI DICUNTUR EINHARDI.

.135.

*741.

DCCXLII.^a Hoc anno Karlus^b maior domus diem obiit,
tres^c filios heredes relinquens, Carlomannum^c scilicet et
Pippinum atque Grifonem. Quorum Grifo, qui ceteris^d
minor natu erat, matrem habuit nomine Swanahildem^e,
neptem Odilonis^f ducis Baioariorum. Haec illum ma-
ligno consilio ad spem totius^g regni^h concitavit, in tan-
tum, ut sine dilatione Laudunumⁱ civitatem occuparet
ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu
collecto Laudunum obsidentes fratrem in ditionem
acciipiunt atque inde ad regnum ordinandum ac provin-
cias^h, quae post mortem patris a Francorum societate
desciverant⁴, recipandas^{i. 5} animos intendunt⁶. Et ut
in externa^k profecti domi omnia tuta dimitterent, Carlo-
mannus^c Grifonem sumens in Novo-castello⁷, quod iuxta
Arduennam situm est, custodiri fecit, in qua custodia
usque ad tempus, quo idem Carlomannus^c Romam¹ pro-
fectus est, dicitur permansisse.

742.

DCCXLIII.^a Carlomannus^b et Pippinus Francorum regno
potiti primo Aquitaniam recipere volentes contra Hunol-
dum^c, illius provinciae ducem, cum exercitu eandem Aqui-
taniam ingrediuntur; et capto quodam castello, quod Lucas^d
vocatur, priusquam ex eae provincia secederent,

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7.

741. a) deest 1. semper 6. 7. b) karolus 3. 6. 7. c) karlom. 1. d) cae-
teris 1. e) suanahilde 1. 2. f) odilosis 3. g) tocius 3. 6. 7. h) prouintias
3. 6. 7. i) recipendas 3. 4. 5; recuperandas 6. 7. k) extrema 3. 7. l) deest 3.

742. a) DCCXLII. 1. b) karlom. 1. 3. 7; Carlm. 6. c) honoldum 7.
d) lucas 6. 7. e) deest 3.

1) *Ex eodem fonte, ex quo Ann. Mett. hauriunt.* 2) *Cf. Iust. XV, 4:* ad spem regni impulsus, *similiter III, 1. VIII, 6. XXIII, 2 (M.).*
3) *Laon.* 4) *V. infra a. 818:* a Bulgarorum societate desciverunt (*M.*).
5) *V. infra a. 806:* ad reciprandam Dalmatiam. 6) *Cf. Curt. Ruf. IV, 6, 1:* ad reparandas vires . . . intendit animum (*M.*). 7) *Neuf-Château in Belgica parte ducatus Luxemburgensis.*

et in ipso itinereⁱ diviserunt regnum Francorum inter
Cont. Fred. 25. se in loco, qui dicitur Vetus-Pictavis^{k·1}. Eodemque anno²
A. Petav. 743. Carlomannus Alamanniā^l vastavit.

743.

A. Rip. DCCXLIII.^a Tunc³ Carlomannus et Pippinus contra Odilo^c,
Fred. 26/27. lonem^b ducem Baiovariorum^c inierunt^d pugnam, et^e Carlo-
A. Pet. 744. mannus per se in Saxoniā^e ambulabat^f in eodem anno et
 coepit^g castrum, quod^h dicitur Hoochseoburg^{i·5}, per plati-
 citum et Theodericum^k Saxonem placitando^l conquisivit^m.

744.

ib. 745. DCCXLIV.^a Iterum^c Carlomannus et Pippinus perrexerunt in Saxoniā, et captus est Theodericus^b Saxo^c alia vice.

745.

DCCXLV.^a Tunc Carlomannus confessus est Pippino germano suo, quod voluisse seculum^b relinquere; et in eodem anno nullum fecerunt exercitum, sed praeparaverunt se uterque, Carlomannus ad iter suum^c et Pippinus, quomodo germanum suum honorifice direxisset cum muneribus.

A. 1. 2 [a]. B (2) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

i) tempore *A 1*; itere corr. itenere *D 1.* k) loco vocatus *Pict.* *A 1*; pectauis *C 2.*
 l) Germaniam *A 1*; alamaniam *B 5. C 2.*

743. a) DCCXLVII. *A 2*; *deest C 3.* b) Idolonem *B 5.* c) baiovariorum *A 1. B 2. 4. 5. C 3;* uaiobariovm *A 2.* d) iniere *A 1.* e) Saxonia *A 1.* f) am-
 bulauit *A 2. B 5.* g) cepit et *A 1*; et cepit *A 2a. B 5. C 3.* h) qui *A 2a.* i) hoochseoburg *A 1. C 1. 2;* hohseoburch *B 2;* hodiseoburg *B 4;* Saochseburg *B 5;* ohseoburg *C 3;* hohoseoburg *D 1.* k) theodoricum *A 2a;* Teodericum *B 5.* l) Saxone placando *A 1.* m) conquerivit *A 2. B 5.*

744. a) DCCXLVIII. *A 2;* *deest C 3.* b) theodoricus *A 2;* Teodericus *B 5.*
 c) saxus *A 2.*

745. a) DCCXLVIIII. *A 2;* *deest C 3.* b) mundum *A 1;* saeculum *C 1. 3. D 1.*
 c) ad i. s. *desunt A 2a.*

1) *Vieux-Poitiers prope confluentes fluviorum Clain et Vienne.*
 2) *Cont. Fred.* 25: eodem anno . . . contra Alamannos; *Ann. Petav.* 743: vast. Karol. Alam. 3) *Ann. S. Amandi* 743: Karl. bellum iniit contra Baioarios; *C. Fred.* 26: Odilo dux Bagoariorum . . . rebellionem excitat. 4) *Ann. Petav.* 744: et hostes in Saxonia; *Cont. Fred.* 27: Carlom. confinium Saxonorum . . . inrupit; ibique . . . absque belli discrimini feliciter adquisivit. 5) *Seeburg prope Eisleben ad lacum salsum nunc evanescensem, a quo haud scio an illo tempore Hohseo dicto pagus Hohsegowe nomen duxerit; cf. Ann. Ful.* (*Hann.* 1891) a. 852. 6) *Ann. Petav.* 745: Karolom. et Pipp. abierunt in Saxoniā.

regnum, quod communiter habuerunt, diviserunt inter se in loco, qui vocatur Vetus-Pictavis. Eodemque anno, postquam dominum regressi sunt, Carlomannus^f Alamanniām^g, quae et ipsa a Francorum societate defecerat, cum exercitu ingressus ferro et igni^h vastavit.

743.

DCCXLIII.^a Carlomannus^b et Pippinus^c iunctis copiis¹ contra Odilonem ducem Baioariorum profecti sunt proelio quod^d commisso exercitum eius fuderunt. Et postquam inde^e reversi sunt, Carlomannus^f solus in Saxoniam profectus est et castrum, quod dicitur Hohseoburg^g, et in eo Theodericum^h Saxonem, illius loci primarium, in ditionem accepit.

744.

DCCXLIII.^a Item idem fratres Carlomannus^b et Pippinus iuncta manu Saxoniam ingressi sunt pradictumque Theodericum iterum in ditionem acceperunt.

745.

DCCXLV.^a Hoc anno Carlomannus^b, quod diu ante praemeditatus est, patefecit fratri suo Pippino, saecularem conversationem se velle dimittere et habitu monachico Deo servire. Propter hoc dimissa expeditione anni praesentis ad vota Carlomannid perficienda et iter illius disponendum — nam Romam proficisci statuerat — et Pippinus vacabat, dans operam, ut frater honorifice ac deenter illo, quo desiderabat, perveniret.

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7.

f) karlom. 1; carlm. 6. 7. g) alem. 6. h) igne 3.

743. a) DCCXLII. 1. b) Karlom. 1; Carlom. *incipit* 2. c) pipinus 2.

d) Prel. 2; pl. 3. 6. 7. e) in cede 6. 7. f) karlom. 1; carlm. 6. 7. g) hohseburg 2; hohseobur 6. h) theodor. 2.

744. a) *deest* 1 (*semper* 6. 7). b) karlom. 1; carlm. 6. 7.

745. a) DCCXLIII. 1. b) karlom. 1. 2; karlm. 6; carlm. 7. c) dimisit expeditionem 3. 4. 5. d) karlom. 1; karlm. 6.

1) Cf. *Liv. XXIII*, 28: ambo duces iunctis copiis (M.). 2) *Ann. Fuld.* (= *Sith. 742*): proelio superant.

*746.

*p. 136.

A. Rip. 747. DCCXLVI.^a Tunc Carlomannus Romam perrexit ibique se totondit^b et in Serapte^c monte^{d. 1} monasterium aedificavit in honore^f sancti Silvestri^g. Ibique aliquod tempus moram faciens et inde ad sanctum Benedictum in Casinum^{h. 2} usque pervenit et ibi monachus effectus est.

747.

A. Pet. 748. DCCXLVII.^a Grifo^{b. 3} fugivite in Saxoniam^d, et Pippinus iter faciens per Toringam^e in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missaha^{f. 4} in loco, qui dicitur Scahaningi^{g. 5}; et Grifo collectam fecit^h una cum Saxonibus supra fluvium Obacro^{i. 6} in loco^k, qui dicitur Orhaim^{l. 7}

748.

(749). DCCXLVIII.^a Grifo^s de Saxonia iter peragens fugiendo in Baioariam^b usque pervenit⁹, ipsum ducatum sibi subiugavit, Hiltrudem^{c. 10} cum Tassilone^d conquisivit. Swidger^{e. 11} ad eum venit in solatio^{f. 12} supradicti

A 1. 2[a]. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

746. a) DCCL. A 2; *deest* B 4. C 3. b) *tondit* A 1; *totundit* A 2a. B 4. c) Sarepte B 5; *syrapfi* C 3. d) *deest* A 1. e) *edif.* B 4. C 1. f) *honorem* A 2a. D 1. g) Syluestri A 1. h) *cassinum* B 2. 4. C 3.

747. a) DCCLI. A 2; *deest* C 3. b) *griffo semper* B 2. c) *fugit* A 1. B 2. 5. C 3. *ex corr.* C 2. d) *saxonia* A 2. e) *turingiam* A 1. B 2; *toringuam* B 4; *toringiam* B 5. C 2; *thoringiam* C 3. f) *Misaha* A 1; *missacha* D 1. g) *Scahanigi* A 1; *sachanangi* D 1. h) *facit* A 1. i) *Obodoro* A 1; *abacro* C 3. k) *locum* B 2. l) *orchaim* A 2; *horaleim* B 2.

748. a) DCCLI. A 2; *deest* C 3. b) *uaibarium* A 2; *baugauriam* B 4; *bauguriam* D 1. c) *Hilttruden* A 1. d) *ciuitas silonem* A 2; *tasilone* C 3. e) *Lantfridus* A 1; *lanfridus* A 2 *et Ann. Mett.* 749; *suidger* B 2. C 3; *uudiger* D 1. f) *solario* A 1; *solacio* A 2. B 4. D 1; *solatium* B 2.

1) *Olim Soracte, nunc Soratte dicto.* 2) *Monte Casino.* 3) *A Pippino e custodia dimissus, qua ex anno 741. detentus erat; cf. Ann. Mettenses.* 4) *Meissau.* 5) *Schöningen.* 6) *Ocker.* 7) *Ohrum.* 8) *Ann. Petav. 749:* quando Grippo reversus est de exilio. 9) *Odilon* 748. *Ian. 18. mortuo;* *E. Mühlbacher, 'Regesten d. Kaiserreichs unter d. Karol.'*, 55 e (p. 28). 10) *Sororem Pippini, quae invitatis fratribus Odiloni nupserat.* 11) *Comes pagi Nordgau;* *cf. Stälin, 'Wirtemb. Gesch.' I, 184.* *Fortasse Lantfridus legendum;* *v. 'N. Arch.' XIX, 299.* 12) *Cf. Capitulare Missorum a. 786 (?) datum (Leg. Sect. II. I, p. 66 sq.)* 6: *ut . . . veniant hostiliter in solatio domni regis.*

*746.

DCCXLVI.^a Carlomannus^b Romam profectus dimissa saeculari gloria habitum^c mutavit et in monte Soracti monasterium in honorem sancti Silvestri aedificavit, ubi quondam^d tempore persecutionis, quae sub Constantino imperatore facta est, sanctus Silvester latuisse fertur. Ibique aliquandiu commoratus meliori consilio^e hoc loco dimisso ad monasterium sancti Benedicti in Samnio provincia iuxta Casinum^f castrum constitutum Deo serviturus venit ibique monachicum habitum suscepit.

747.

DCCXLVII.^a Frater^g Carlomanni^b et Pippini, nomine Grifo^c, Pippino fratri suo subiectus esse nolens, quamquam sub illo honorifice viveret, collecta manu in Saxoniam pro fugit collectaque Saxonum exercitu super fluvium Ovacra in loco, qui dicitur Orheim, consedit. Et Pippinus cum exercitu Francorum per Thuringiam^d profectus contra fratris dolos Saxoniam ingressus est conseditque super fluvium Missaha in loco, qui vocatur Skahningie. Proelium^f tamen non est inter eos^g commissum, sed ex placito discesserunt⁵.

748.

DCCXLVIII. Grifo^a Saxonum fidei diffidens^b Baioarium^c petiit et copiis, quae de Francia ad eum confluebant, ipsum ducatum in suam redegit potestatem, Tassilone^d et Hiltrudem in ditionem accepit, Swithgerum^e ad auxilium sibi venientem suscepit. Haec cum ad Pippinum perlata

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

746. a) DCCXLIII. 1. b) Karlom. 1. 3; Carlm. 6. c) cassinum 2. 3. 6. 7.

747. a) DCCXLVIII. 1. b) Karlom. 1; carlm. 6. c) gripho 1. 7. d) tu ringiam 3. 6. e) scahn. 7. f) pr̄glum 1; prelum 2; pl̄um 3. 6. 7. g) inter eos non est 3.

748. a) gripho 1. 7. b) baioariorum 2. c) tassilionem 7. d) suidh gerum 7. e) uenientem sibi 3.

1) *Vita Karoli* 2: habitu permuto; *Ann. Sith.* et *Fuld.* 747: mutato habitu. 2) *Ex Vita S. Silvestri* (*L. Duchesne, Le liber pontif. I*, p. 170) c. 2: Hic exilio fuit in monte Seracten et postmodum rediens cum gloria baptizavit Constantimum augustum, . . . cuius persecutionem primo fugiens exilio fuisse cognoscitur. 3) Cf. *Ann. Mett.* (= *Chron. Anian.*) 747: Consilio vero accepto eiusdem pontificis; *V. Kar.* 5: (*Lupus*) saniori usus consilio (*M.*). 4) *Ann. Fuld.* 748: Gripho frater Karlomanni et Pippini potestatem quandam affectans ad Saxonē se contulit. Pippino vero per Thuringiam ingresso Saxoniam super fluvium Obacra in loco, qui dicitur Horoheim, Saxonē occurrentes, Griphonem cum eo pacificare cupientes. 5) Cf. *Iust. VI*, 7: veluti ex placito consensu . . . disceditur (*M.*). 6) *Ann. Fuld.* 748: Gripho autem nec Saxonibus nec Francis se credens; cf. *infra* a. 808: pop. fidei diffidentem.

Grifonis. Haec^g audiens Pippinus iter illuc arripiens cum exercitu suo, supra nominatos totos^h sibi subiugavit, Grifonem secum adduxitⁱ, Lantfridum^{k.1} similiter, Tassilonem in ducatu Baioariorum^l conlocavit per suum beneficium; Grifonem vero partibus Niustriæ^m misit et dedit ei XII comitatosⁿ. Inde iterum Grifo fugiens Wasconiam petiit^o et^p ad Waifarium^q ducem Aquitaniorum^r pervenit.*

749.

DCCXLVIII.^a Burghardus^b Wirzeburgensis^c episcopus² et Folradus^d capellanus³ missi fuerunt^e ad Zacharia m papa m, interrogando de regibus in Francia^e, qui illis temporibus non habentes regalem potestatem, si bene fuisset an non. Et Zacharias papa mandavit Pippino, ut melius esset illum regem vocari, qui potestatem haberet, quam illum, qui sine regali potestate manebat; ^{ib. et N. de u. P.} ut non conturbaretur ordo, per auctoritatem apostolicam iussit Pippinum regem fieri.

*750.

*p. 133.

A. Rip. 751. DCCL.^a Pippinus secundum morem^b Francorum^b electus est⁶ ad regem et unctionis⁷ per manum^{c.8} sanctae memo-

*) Pippinus coniugem duxit Bertradam cognomine Bertam, Cariberti Laudunensis comitis filiam add. C 3.

A 1. 2[a]. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

g) Hoc A 1. h) nominatus tassilo A 2. i) abduxit A 1. 2. k) lanfridum B 2; lamfridum B 4. l) uaiobariorum A 2. m) pactionibus in Austriam A 1; neustriae A 2a. B 2. ex corr. D 1; niustria C 1. 2. n) comitatus A 1. B 2. C 3. o) petit A 1; in Wasconia fugit B 5. p) et — pervenit desunt C 3. q) Wapharium semper A 1; uuaffarium semper B 4; Waiferum semper B 5; uuapharium D 1. r) aquitanorum B 2.

749. a) deest A 2. C 3. b) Episcopus Burchartus A 1; Burchardus B 2. C 3; Burgardus B 4. c) Wurzenburgensis A 1; uuidzob. C 3. d) Vollradus A 1; folieradus A 2; Zach. p. per Fulradum mand. B 5. e) iu franciam. Amen. His verbis desinit A 2; frantia C 1. 2.

750. a) deest B 4. C 3. b) more B 4. c) manu C 1.

1) *Ducem Alamanniae, qui Grifoni auxilio videtur venisse.*
2) *Qui sedet 742—753.* 3) *Abbas monasterii S. Dionysii* († 784).

4) Cf. Cont. Fred. 33: missa relatione ad sede apostolica, auctoritate praecelta, praecelsus Pippinus . . . ut antiquitus ordo depositit, sublimatur in regno; et *Notam (clausulam) de unctione Pippini regis* (SS. XV, 1): Pippinus rex pius per auctoritatem et imperium sanctae recordationis domni Zachariae papae . . . in regni solio sublimatus est.

5) Cf. Cont. Fred. 33: ut antiquitus ordo depositit. 6) Cf. Ann. S. Columbae Senonensis 750: Pipinus electus est in regem; quorum auctorem hoc loco Neustrico quodam fonte usum esse, probare studui ‘Neues Archiv’ XX, p. 26. 7) Ann. S. Am. 751: Pipp. in regem unctionis est apud Suessiones. 8) Cf. *notam de unctione Pippini regis*: et unctionem per manus beatorum sacerdotum Galliarum et electionem omnium Francorum.

fuisserent, cum maximo f exercitu Baioariam¹ profectus est fratremque suum Grifonem^g cum omnibus, qui cum ipso vel ad ipsum venerant, cepit, Tassilonem^e in^h ducatum restituit domumque reversus Grifonemⁱ more ducum duodecim comitatibus^k donavit. Sed² ille tali beneficio contentus non erat, nam eodem anno ad Waifariorum^l ducem Aquitaniae profugit.

749.

DCCXLVIIII. Burkardus^a Wirziburgensis^b episcopus et Folradus presbyter^c capellanus missi sunt Romam ad Zacharium papam, ut consulerent pontificem de causa regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum regis, sed nullam potestatem regiam habuerunt; per quos praedictus pontifex mandavit, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis consistaret; dataque auctoritate sua iussit Pippinum regem constitui.

*750.

DCCL. Hoc anno secundum Romani³ pontificis sanctionem Pippinus rex Francorum appellatus est et ad huius dignitatem^d honoris unctus sacra unctione manu sanctae memoriae Boni-

139.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
f) magno 3. g) grifoneni 1. 7. h) tass. ducem in duc. 3. i) griph. 1. 2. 7.
k) comitibus 6. 7. l) uuararium 2.
749. a) Burkardus 2. b) unirziburgensis 1; uuirciburgensis 6. 7. c) pres-
biter 1. 2. 7.

1) Dordogne. 2) Fronsac. 3) Lüttich. 4) Selz ad
Rhenum in Alsatia. 5) Ad pacem cum Tassilone et Desiderio con-
ciliandam; cf. Abel-Simson, p. 65 sq. 79 sqq. 6) Mainz. 7) Herstal
ad Mosam infra Lüttich.

gientem Hunoldum persequitur; paulumque abfuit^g, quin caperet. Sed ille notitia^h locorum, in quibus regis exercitum latere poterat, liberatus est dimissaqueⁱ Aquitania Wasconiam^j petiit, tutum se ibi fore arbitratus^k. Erat tunc Wasconum^k dux Lupus nomine, cuius fidei se Hunoldus committere^l non dubitavit. Ad quem rex missa legatione iubet sibi perfugam reddi, ea conditione mandata, si dicto audiens^m sibi non fuisset, sciret se bello Wasconiam ingressurum neque inde prius digressurum, quam illius inobedientiaeⁿ finem inponeretⁿ. Lupus minis regis perterritus^o Hunoldum et uxorem eius sine cunctatione reddidit, se quoque, quaecumque imperarentur, facturum spopondit. At rex, donec legati, quos miserat, revertentur, castellum quoddam iuxta Dornoniam^p fluvium vocabulo Fronciacum^p aedificat. Reversis igitur legatis, reducto perfuga, aedificato castello in regnum suum regreditur; celebravitque natalem Domini in villa Duria et pascha apud sanctum Lantbertum^q.⁵ in vico Leodico.

770.

DCCLXX. Dominus Karlus^a rex habuit populi sui conventum generale^b in Wormacia^c civitate. Berhtrada^d vero, mater regum, cum Carlomanno^e minore filio apud Salusiam locuta^f pacis causa in Italiā proficiscitur peractoque, propter quod illo profecta est. negotio, adoratis etiam Romae sanctorum apostolorum liminibus ad filios in Galliam revertitur^g. Karlush autem rex natalem Domini Mogontiaciⁱ sanctumque pascha in villa Haristallio celebravit.

E 1, 2, 3, (4, 5) 6, 7.

g) afuit 1, 2. h) noticia 2, 3, 6, 7. i) uasconiam 7. k) uuasconorum 2. l) quia si dicto obediens 3, 4, 5. m) inobed. 3; inobed. 6, 7. n) imp. 2, 3, 6. o) dordoniā 2; dordoninam 3. p) francia cum 1; uoc. frone. desunt 2; franciacum 3; fronicatiacum 7. q) lanbertum 2; lamb. 6, 7.

770. a) rex karlus 3; karolus 7. b) gener. conu. 3. c) uuorcia 6; uuormatia 7. d) bertharda 1; berthrada 2, 7; bertrada 3, 6. e) karlom. 1, 2; karlm. 6. f) locata 6, 7. g) in galliam ad filios reuert. 6; in g. reuert ad fil. 7. h) Karolus 6, 7. i) mogoniaci 2; mogonciaco 3; magontiaci 6; mogontiaco 7.

1) *Vita Karoli* 5: Hunoldum . . . Aquitaniam relinquere et Wasconiam petere coegit . . . Lupo Wasconum duci per legatos mandat, ut perfugam reddat; quod ni festinato faciat, bello se eum expostulaturum. Sed Lupus, saniori usus consilio, non solum Hunoldum reddit, sed etiam se ipsum cum provintia, cui praeerat, eius potestati permisit. 2) Cf. *Hirt. de b. Gall.* VIII, 27: nec se satis tutum fore arbitrabatur (M.). 3) Cf. *Vell. I*, 9, 4: ut se Romanorum fidei committeret (M.). 4) Cf. *Ann. Mett.* (= *Fr. Basil.*) 769: Lupus regio timore perterritus. 5) *Ibid.*: ubi sanctus Lambertus . . . requiescit.

771.

DCCLXXI. Tunc^a dominus Carolus^b rex synodum^c

A. Rip. habuit ad Valentianas^{d. 1.} Et^e eodem anno Carlomannus^e rex defunctus est in villa, quae dicitur Salmontiacus^f, prid.
Dec. 4. Non. Decembr. Domnus rex^g Carolus venit ad Corbonacum^h villamⁱ, ibique venientes Wilcharius^k archiepiscopus^j et Folradus^l capellanus cum aliis episcopis ac^m sacerdotibus, Warinusⁿ et Adalhardus^o comites cum aliis primatibus, qui fuerunt Carlomanni^p; uxor vero Carlomanni^q cum aliquibus paucis Francis partibus Italiae perrexerunt^r.

Et praeclarus ac *gloriosus Carolus^s rex celebravit *p. 150 natalem Domini in villa, quae dicitur Attiniacus^t et pascha 772 Mart. 29. in^u Haristallio^v villa. Et^w inmutavit se numerus annorum in

772.

DCCLXXII.^a Tunc dominus^b Carolus^c mitissimus^b

A. Pet. rex^d sinodum^e tenuit ad Warmatiam^f. Et^g inde perrexit partibus Saxoniae prima vice*, Eresburg umg.^h castrum

*) Hadrianus pontificatum suscepit add. B 5.

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

771. a) EGREIVS KAROLUS REX SINODUM incip.t D3; abhinc etiam Ann. Fuldensium (D 2) primus auctor e nostris plurima excerpserit. b) Karolus semper etiam D 3. c) sinodum B 2. D 3. d) Valentianas A 1; ualentianas B 4. C 1. 2; ualentias corr. m. sec. ualaentianas D 1; valentinas D 3. e) karlou. semper etiam D 3. f) salmonciacus A 1. D 1; in u. salmontiaco B 2; in Salmonciaco B 5; in salmuntiaco D 2; salmanciacus D 3. g) deest A 1. h) Carbonam A 1; corbaniacum B 2; corbanicum C 3. D 2. i) uilla C 1. 2. k) folcarius B 2; uulcarius B 4; uulharius B 5. C. l) Fuldradus A 1; fulradus B 4. C 3. D 3. m) et A 1. B 2. n) uenerius B 2. o) Adalhartus A 1; adalardus B 4. C 3; Adhalardus B 5. p) Caroli Magni A 1. q) Carlomani ut antea A 1. r) perrexit A 1. B 2. 5. D 3. s) deest A 1; karolus B 4. C 2. 3. D 3. t) Atquiacus A 1; in adtiniaco B 2; atteimacus B 4. u) deest C 2. D 1. v) Haristelio A 1; heristello B 2; aristallio B 4; Aristalio B 5. w) anno domini (omissis) Et — in) C 3.

772. a) DCCLXX. C 2. b) deest A 1. c) karolus etiam B 4. d) rex mitissimus C. e) synodum A 1. B 5. C 2. f) in uormatia B 2; ad nurmatiam B 5. D 1; urmatiam C; urmaciam D 3. g) Heresberg A 1; heresburgh B 2; Presburg B 5; heresburgum C 3.

1) Valenciennes. 2) Ann. S. Am. 771: Karlmannus obiit in Salmunciacu pridie Non. Decembri. 3) Senonensis (c. 769—778), ut videtur. Mühlbacher p. 59 et Simson p. 100 sq., n. 3, auctoritatem annalium retractatorum abicere nolunt; sed omisso sedis nomine alium atque Senonensem, qui archiepiscopus provinciae Galliarum appellari solet (Jaffé IV, 235. 293), hoc loco dici, equidem persuadere mihi non possum. 4) Ann. Petav. 772: Domnus rex Carolus perrexit in Saxoniam et conquisivit Heresburgum et pervenit ad locum, qui dicitur Ermensul. In hoc anno annales Ripuaricos veteres desiisse existimo; abhinc Ann. S. Amandi, ubi cum nostris congruunt, ex his videntur pendere. Conf. 'Neues Archiv' XX, 12, XXI, 46. 5) Stadtberge ad fluvium Diemel.

771.

DCCLXXI. Peracto secundum morem generali conventu super fluvium Scaldiam in villa Valentianas^a, rex Karlus^b ad hiemandum proficiscitur. Cumque ibi aliquamdiu moraretur, Carlomannus^c frater ad II.^d Nonas Decembris decessit^e in villa Salmontiaco^e. Et rex ad capiendum ex integro regnum animum intendens Carbonacum villam venit. Ibi Wilhariūm^f episcopum Sedunensem^{g. 2} et Folradum presbyterum et alios plures sacerdotes, comites etiam atque primates^h fratris sui, inter quos vél praecipui fuere Warinus et Adalhardusⁱ, ad se venientes suscepit. Nam uxor^j eius et filii cum parte optimatum in Italiam profecti sunt; rex autem profectionem eorum in *Italiā quasi supervacuam^k patienter tulit. Celebravitque natalem Domini Attiniaco^k et pascha Hāristallio^l.

772.

DCCLXXII. Romae^{b. 5} Stephano^c papa defuncto Adrianus^d in pontificatu^e successit.

Rex vero Karlus^f congregato apud Wormaciām^g generali conventu Saxoniam bello adgredīh statuit eamque sine mora ingressus ferro et igniⁱ cuncta⁶ depopulatus^k Eres-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

771. a) ualentiana 7. b) carlus 6. c) karlom. 1. 2; karlin. 6. d) pridie 1. 2. 7; VI. 6. e) salmonciaco 3; salmotiaco 7. f) uulh. 3; uiulh. 7. g) seduciensem 7. h) primatos 1. 2. 3. i) adelh. 6. k) antiniaco 6. l) in harist. 3.

772. a) *Abhinc Poeta Saxo (E 8) ex his annalibus hausit.* b) Rome 2. 6. 7. c) Paulo 8. d) hadrianus 1. 2. e) pontificatum 3. 6. 7. f) carlus 6; karolus 7; caroius 8. g) uuormatiam 3. 7. 8. h) agrr. 3. 6. 7. i) igne 3. 5. k) depop. cuncta 6. 7.

1) *Ann. Fuld.* (= *Sith.*) 771: decessit in villa Salmuntiaco; uxor eius et filii in Italiam pergunter. Carlus . . duces, qui fuerunt fratris sui, ad se venientes suscepit. 2) *Constat fuisse tunc Wilharium episcopum Sedunensem, qui antea archiepiscopus fuerat Viennensis;* cf. *Abel-Simson* p. 100 sq. *Hunc scriptor falso pro Senonensi videtur posuisse.* 3) *Vita Karoli* 3: uxor eius et filii cum quibusdam, qui ex optimatum eius numero primores erant, Italiam fuga petiit. 4) Cf. *V. Kar.* 3: nullis existentibus causis spreto mariti fratre, et 19: patienter tulit. 5) *Ann. Fuld.* (= *Sith.*) 772: Carlus Saxoniam bello adgressus . . idolum Saxonum, quod vocabatur Irminsul, destruit. Ubi . . divinitus aquae effusae sunt . . Adrianus Romae pontificatum suscepit. 6) *V. supra* u. 761.

A. Laur. coepit^h, ad Ermensulⁱ usque pervenit et¹ ipsum fanum destruxit et aurum vel^k argentum, quod ibi repperit^l, abstulit. Et fuit siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco, ubi Ermensul^m stabat; et dum voluit ibi duos aut tres praedictus gloriosusⁿ rex stare dies^o fanum ipsum ad perdestruendum et aquam non haberent, tunc subito divina largiente gratia media die cuncto exercitu^p quiescente in quodam torrente omnibus hominibusⁿ ignorantibus aquae effusae sunt largissimae, ita ut cunctus exercitus sufficienter haberet. Tunc super Wisoram^q fluvium venit suprascriptus magnus^r rex et ibi cum Saxonibus placitum habuit et recepit obsides XII et reversus est in Franciam^s.

Et celebravit natalem Domini in Haristallio^t et 773 Apr. 18. pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

773.

DCCLXXIII. Tunc dominus Carolus^a rex perrexit ad hiemandum in villa, quae dicitur Theodone-villa^{b. 2.} Ibique veniens missus domni Adriani^c apostolici, nomine Petrus, per mare usque ad^d Massilia^{e. 3} et inde terreno ad dominum^f Carolum regem^g usque^h periungensⁱ, invitando scilicet suprannominatum gloriosum^f regem una cum Francis pro Dei servitio et iustitia^k sancti Petri seu solatio ecclesiae^l super Desiderium regem et Langobardos^m; et ideo maritime venit, quia viae clausae fuerunt Romanis a Langobardisⁿ. Tunc dominus ac praecepsus Carolus rex consiliavit una^o cum Francis, quid perageret^p; et sumpto consilio, ut ita^q, sicut missus apostolici per verbum domni Adriani^r apostolici postulavit, ita fieret^s, tunc synodus^t suprascriptus^u gloriosus rex tenuit generaliter^g cum Francis Ienuam^{v. 4} civitatem.

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

h) cepit A 1. B 2; suscepit B 5; cepit C 3. D 3. i) Ermensil A 1; hermensul B 2. k) et A 1. B 2. 4. l) retulit A 1; reperit C 1. 2. m) Ermensil A 1. n) deest D 3. o) deest A 1. p) exercito C 1. 2. q) uiseras B 2. C 3; uisurgim D 2. r) supr. m. desunt C 3. D 3. s) frantia C 1. 2; frantiam D 1. t) Haristalho A 1; heristellio B 2; aristallo B 4; Haristallio B 5.

773. a) karolus etiam B 4. b) Theodone A 1; in theodonis villa B 2; ad Theodounilla B 5; teodone u. C 1. 2. D 3. c) Hadriani B 5. d) deest A 1. B. e) massiliam A 1. B 2. D 3; maxiliam D 1. f) deest D 3 hic et saepius. g) deest A 1. h) deest A 1. D 3. i) coniungens A 1; peruenit C 3; perueniens D 3. k) iustitiam C 1. 2. l) aecl. B 4. C 1. 3. m) Longib. A 1; longob. C 2. n) longob. A 1. C 2; longob. B 4. o) consilium init A 1. p) peraget A 1. q) cons. iussit A 1. r) domino Hadriano B 5. s) fieri A 1. t) sinodus B 2. D 1. 3. u) supradictus A 1; deest C 3. D 3. v) Lernein A 1; geneuam B 2; ad Genna B 5; ianuam C 2; in ienuina ciuitate D 3.

1) Ann. Lauresham. 772: . . et destruxit fanum eorum, quod vocatur Irminsul. 2) Diedenhofen. 3) Marseille. 4) Genf.

burgum castrum cepit, idolum¹, quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, evertit. In cuius destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut propter continuam caeli serenitatem exsiccatis omnibus illius loci rivis ac fontibus aqua ad bibendum inveniri non posset. Sed ne diutius siti confectus laboraret exercitus, divinitus factum creditur, ut quadam die, cum iuxta morem tempore meridiano cuncti quiescerent, iuxta montem, qui castris erat contiguus, tanta vis aquae in concavo cuiusdam torrentis eruperit, ut cuncto exercitu*m* sufficeret. Tumⁿ rex idolo destructo ad Wisuram^o fluvium accessit ibique a Saxonibus duodecim obsides accepit. Inde in Franciam reversus in villa Heristallio^p et natalem Domini et sanctam paschalis festi solennitatem^q celebravit.

773.

DCCLXXIII. Adrianus^a papa¹, cum insolentiam Desiderii regis et Langobardorum^b oppressionem ferre non posset, decrevit, ut legationem ad Karlum^c regem Francorum mitteret eumque sibi atque Romanis^d adversus Langobardos^b opem ferre rogaret. Et quia id terreno itinere per Italiam fieri non poterat, eum, quem miserat, legatum nomine Petrum Romae^e navem^f condescendere et Massiliam usque^g per mare ire atque inde terreno itinere in Franciam fecit pervenire.. Qui cum ad regem in Theodone-villah^h, ubi tunc hiemaverat, pervenisset et ei legationis suae causam aperuisset, eadem, qua venerat, via Romam regressus est. Rex vero rebus, quae inter Romanos ac Langobardos^b gerebantur, diligenti cura pertractatis bellum sibi contra Langobardos^b proⁱ defensione Romanorum suscipiendum ratus cum toto Francorum exercitu Genuamⁱ Burgundiae civitatem iuxta Rhodanum^k sitam

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

l) idolumque 3. 5. m) exerc. cuncto 3. n) Tunc 2. 3. o) uisaram 6; uisaram 7.
p) harist. 3. 6. q) sanctum pascha 3 (*non* 5).

773. a) hadrianus 1. 2. b) longob. 6. 7. c) carlum 1; carolum 6; karolum 7. d) romanos 1. 2. e) rome 2. 3. 6. 7. f) naum 3. g) usque mass. 6. 7.
h) teodone u. 6; thedone u. 7. i) geneuam 3. k) rodanum 2. 6.

1) Cf. *Chron. Anianense*: Adrianus papa legatos suos ob defensionem Romanae ecclesiae ad Karolum regem Francorum misit, quia valde affligebatur a rege Langobardorum Desiderio. 2) *Ann. Fuld.* 773: Carlus . . pro defensione rerum s. Petri . . cum exercitu ad Italiam vadit. Cui Desid. obsistere nitens . . occurrit; Franci . . Papiae inclusum obsident.

Ibique exercitum dividens iam fatus^w dominus^x rex, et perrexit ipse per montem Caenisium^{y·1} et misit Bernehardum^z avunculum suum² per montem Iovem^{a·3} cum aliis eius^b fidelibus. Et tunc ambo exercitus ad clusas^c se coniungentes^d, Desiderius ipse^d obviam domni Caroli regis venit^e. Tunc dominus^f Carolus rex una cum Francis contra^g metatus est ad easdem clusas^c et mittens scaram suam per montanis^h. Hoc sentiens Desiderius *A. Pet.* clusasⁱ relinquens^k, supradictus dominus Carolus rex una cum Francis auxiliante Domino et intercedente beato Petro apostolo sine lesione^l vel aliquo conturbio clusas^m apertas Italiam introivit ipse et omnes fideles sui. Et Papiam civitatem usque pervenitⁿ et Desiderio inclusa ipsam civitatem *obsedit.

Ibique dominus Carolus^o in sua castra^p natalem *774 Apr. 3.* Domini celebravit et pascha in Roma. [Et^q dum propter defensionem sanctae^r Dei Romanae ecclesiae^s eodem anno invitante summo pontifice perrexisset, dimissa marca contra Saxones nulla omnino foederatione suscepta^t. Ipsi vero^u Saxones exierunt cum magno exercitu super confinia Francorum, pervenerunt usque ad castrum, quod nominatur Buriaburg⁶; attamen^u ipsi confiniales de hac causa solliciti, cumque^v hoc cernerent, castello^w sunt ingressi. Dum igitur ipsa Saxonum^x gens coepisset^y se viens domos forinsecus incendia^z cremare, venerunt ad

* p. 152.

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.
 w) factus *A 1. C 2.* x) *deest A 1. D 8.* y) *Canisium A 1; cinisium B 2; coenism B 4; Cinisum B 5; cenisum C 3.* z) *bernardum A 1. B 2. C 3; berneardum B 4; bernardum C 1. 2.* a) *louis A 1. B 2;* b) *suis A 1.* c) *sclusas C 2. 3.* d) *Des. Dño Carolo Regi obuiam iuit A 1.* e) *deest C 1. 2.* f) *deest A 1. D 3.* g) *castra — Francis desunt B 4.* h) *montes A 1; montana B 2. D.* i) *sclusas B 5. C 2. 3.* clausas D 1. k) *reliquit B 2. 5. C 3.* l) *laesione A 1. B 5. D 1.* m) *sclusas B 5. C 2. 3.* n) *peruenit.* Et dum — noluisse. Et desiderio *C.* o) *deest D 3.* p) *in castris suis A 1; in suis castris D 3.* q) *Et — uoluissest desunt A 1, inseruntur post vocem peruenit in codicibus familiae C, post numerum DCCLXXIII. in reliquis; unde apparet, in codice autographo ea margini fuisse apposita. Ad hunc annum referenda sunt propter verba eodem anno, textui autem, non notis interponenda, propterea quod ipsi primo auctori videntur deberi.* r) *sancete B 4. C 3.* s) *aecclesiae B 4. C 3.* t) *deest B 2. 5. deletum B 4.* u) *Adtamen C 1. 2.* v) *cum C 3. D 1.* w) *castellum C 3. D 1.* x) *saxorum superscr. no D 1.* y) *cepisset C 2. 3. D 3.* z) *incendia corr.-o B 4; incendio D 1.*

- 1) *Mont Cenis.* 2) *Immo patrum, fratrem regis Pippini.*
 3) *Gr. St. Bernhard.* 4) *I. e. pervenientes; cf. Abel-Simson p. 142 sq. 661 sq.* 5) *I. e. dimissa est marca pace non firmata. Quod non intellexit H. Ullmann, 'Deutsche Zeitschr. f. Geschichtswiss.' II (1889), 157 n.*
 6) *Mons Bierberg nunc desertus prope Fritzlar ad dextram ripam fluvii Eder.*

venit. Ibique de bello suscipiendo deliberans copias, quas secum adduxerat¹, divisit et unam partem cum Bernardo patruo suo per montem Iovis ire iussit; alteram ipse ducens^{m. 1} per montem Cinisium Italiam intrare contendit. Superatoque Alpium iugo Desiderium regem frustra sibi² resistere conantem citra congressionem fugavit Ticenoqueⁿ inclusum obsedit et in obpugnatione civitatis, quia difficilis erat, totum hiberni temporis spatium^o multa moliendo consumpsit³.

*774.

DCCLXXIII. Dum haec in Italia geruntur, Saxones velut per opportunam^a de absentia regis nancti^b occasionem contiguos sibi Hassorum^c terminos ferro et igni^c popu-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

1) *Uno folio exciso abhinc omnia, quae sequuntur, usque ad voces a. 775. uirtute repulsi cas- desunt 2. m) alt. ipse duc. desunt 3. 4 (non 5). n) ticinioque 6; ticinioque 7; ticino 8. o) spaciun 1. 2. 6. 7; spatio 8.*

774. a) oportunam 3. 5. b) nacti 3. 6. 7. c) igne 3.

1) *Ann. Sith.* 773: Carlus ducto in Italia exercitu urbem Ticinum obsedit. 2) *Cf. A. Fuld.* 769: imperio suo resistere conantem (*M.*).

3) *Cf. Iust. XXXVII*, 2: quattuor spatium horarum consumebat (*M.*).

4) *Ann. Fuld.* (= *Sith.*) 774: Saxones in Hessis Francorum terminos vastant.

quandam basilicam in loco, qui dicitur Fricdislar^{a. 1}, quam sanctae memoriae Bonefacius^b novissimus martyr consecravit atque per^c spiritum prophetiae praedixit, quod nunquam incendio cremaretur. Cooperunt^d autem idem praefati Saxones cum nimia intentione adversus eandem certare basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium ignis^e cremare potuissent. Dum^f haec igitur^g agerentur, apparuerunt quibusdam christianis, qui erant in castello, similiter et quibusdam paganis, qui in ipso aderant exercitu, duo iuvenes in albis, qui ipsam basilicam ab igne protegebant; et propterea ibidem non potuerunt neque interius neque exterius ignem accendere nec aliquod dampnum eidem inferre basilicae, sed nutu divinae maiestatis pavore perterriti in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus est autem postea unus ex isdem^h Saxonibus mortuus iuxta ipsam basilicam, genibus curvis adclinusⁱ supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, velut^k ore flando eandem basilicam igni tradere voluisse.] Et immutavit se numerus annorum in

774.

DCCLXXIII. ^a Et revertente^b domno Carolo^c rege a Roma, et^d iterum ad Papiam pervenit^e, ipsam^f civitatem coepit^g et Desiderium regem cum uxore et filia vel cum omni thesauro eius palatii. Ibique venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiae, subdiderunt se in^h dominio domni gloriosi Caroli regis et Francorumⁱ. Adalgitus^j filius Desiderii regis fuga lapsus

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

a) fridislar B 4; Frictislar B 5; friteslar D 2. b) bonifacius B 2. C 1; bonefatus C 2; bonifatius D 2. c) per sp. pr. desunt D 3. d) Ceperunt C 3. D 3. e) igne B 2. (ex corr.) 4. C 3. f) Et dum B 2. 5. g) deest B 2. 5. C 3. D 3. h) eisdem B 2. 4. D 3; hisdem C 3. D 1. i) adelinis B 2. 4. D 1; adclinus C 3; adclinus corr. adelinus D 3. k) velud C 1. 2.

774. a) Et dum — uoluisset. Et revertente D 1. 3; ad eundem annum D 2 hoc exhibet additamentum. b) Post revertente in archetypo classis B additamentum videtur positum fuisse: A. dom. inc. DCCLXXIII. rex dum — basilicam crematurns. Dum haec aguntur, Carolus a Roma reversus papiam venit B 2; (omissis et revertente) Et dum — uoluisset. Domno carolo rege B 4; DCCLXXIII. Revertente eo eodem anno dimissa marca — nemine persequente. DCCLXXV. Dominus rex ad Papiam B 5. c) karolo abhinc etiam D 1. d) deest C 3. D 1. 3. e) uenit B 2. 5. D 3. f) ipsamque B 2; et ipsam B 5. C 3. g) cepit A 1. B 5. C 3. D 1; cepit D 3. h) deest D. i) Adalgulfus A 1; adalghitus B 5. D 1; adalg. nero B 2. C 3.

1) *Fritzlar.* 2) *Hoc a. 774. factum esse, auctor ex Annalibus Petavianis et Laureshamensis comperire potuit.*

lantur. Cum que¹ in eo loco, qui nunc Frideslar^d ab incolis nominatur, basilicam a beato Bonifatio e martyre dedicata m incendere molirentur atque hoc efficere casso labore conarentur, inmissio sibi divinitus pavore subitaneo, turpi trepidatione confusi domum fugiendo revertuntur.

At rex² dimisso ad obsidionem atque expugnationem Ticensi^f exercitu orandi gratia Romam proficiscitur; et cum peractis votis inde ad exercitum fuisse reversus fatigatam³ longa obsidione civitatem ad ditionem compulit⁴. Quam ceterae⁵ civitates secutae omnes se regis ac Francorum potestati subdiderunt; et rex subacta et pro tempore ordinata Italia in Franciam revertitur, captivum dicens⁶ Desiderium regem. Nam Adalgis filius eius, in quo⁷ Langobardis multum spei habere videbantur, desperatis^h patriae rebus relicta Italia in

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

d) frideslar 8. e) bonifacio 1. 6. 7; bonifacius 8. f) ticini 6; ticinensum 8.
g) langoberdi 1; longobardi 6. 7. h) dissperatis 1. 2.

- 1) *Ann. Fuld.* 774: Erat autem . . . basilica, quam s. Bonifatius . . . dedicans . . . Cui cum pagani . . . ignem subponere conarentur . . .
- 2) *Ann. Fuld.* (= *Sih.*) 773: Carlus orandi gratia Romam vadit.
- 3) *Vita Karoli* 6: non prius destitit, quam et Desiderium, quem longa obsidione fatigaverat, in ditionem susciperet. 4) Cf. *ibid.*: Pippinus siquidem Haistulfum . . . obsidione . . . compulit . . . 5) *V. infra* 817: quem ceteri secuti . . . se dediderunt (*M.*). 6) *Ann. Fuld.* 774: ducens secum Desiderium. 7) *Vita Karoli* 6: Adalgisum, in quem spes omnium inclinatae videbantur, . . . Italia excedere conpelleret.

mare introiit^k et Constantinopolim perrexit. Tunc gloriōsus domnus Carolus^l rex, ipsa Italia subiugata et ordinata, custodia^m Francorum in Papia civitate dimittensⁿ cum uxore et reliquis Francis Deo adiuvante cum magno triumpho Franciam^o reversus est.

Cf. A. Pet. Et dum pervenisset in loco^p, qui dicitur Ingilinhaim^q.¹, mittens quatuor scaras in Saxoniam: tres^r pugnam^s cum Saxonibus inierunt et auxiliante Domino victores extiterunt; quarta vero scara non habuit pugnam, sed cum praeda magna inlesit^t iterum reversi sunt ad propria.

Et celebravit^u praefatus gloriōsus rex natalem Domini^v in^w villa, quae dicitur Carisiacum, similiter et 775 Mart.²⁶ pascha. Et^x inmutavit se numerus annorum in

775.

A. Pet. DCCLXXV. Tunc² pius atque praeclarus domnus^a et Murb. Carolus^b rex habuit synodum^c in villa, quae dicitur Duria. Et inde itere peragens partibus Saxoniae Sigiburgum^{f. 3} castrum coepit^g, Eresburgum^h reaedificavit, super Wisoramⁱ fluvium venit in loco^k, qui dicitur *Brunisberg^{l. 4}. Et ibi praeparabant Saxones bellum, vo-^{*p. 154.} lentes ripam supradicti fluminis defendere; auxiliante Domino et Francis decertantibus fugati sunt^m Saxonesⁿ, Franci ambas ripas obtainuerunt, et^o multi Saxones ibi occisi sunt.

Tunc domnus Carolus rex dividens exercitum suum, sumpsit secum, quos^p voluit, perrexit usque Obaccrum^q fluvium. Ibi omnes Austreleudi^r Saxones venientes cum Hassione^s et dederunt obsides, iuxta quod placuit^t, et

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.
 k) intravit A 1. B 4. l) karolus *etiam* B 4. m) custodiam A 1. B 2. 4. n) di-
 mittentes C 1. 2. o) frantiam C 1. 2. p) ad locum A 1. D 1; ad Ing. B 5; in locum
 B 2. C 3. D 3. q) Ingelheim A 1; hengiliheim B 2; ingilinahim B 4; Ingelingam B 5;
 ingelhaim C 3; ingilinheim D 3. r) quarum tres A 1. s) pugnas C. t) illaesii A 1;
 inlaesi D 1. u) caelebrauit A 1. C 1. 2. D 1. v) nat. dom. et pascha B 5. C 3.
 w) in carisiaco B 2; ad Carisiaco B 5; in karisiaco C 3. x) anno domini C 3.
 775. a) deest C 3. D 3. b) karolus *etiam* B 4. c) sinodum B 2. D 1. 3.
 d) iter tunc per. A 1. e) deest C 1. 2. f) sigiburg B 2; sigisburgum B 4;
 Sigeb. B 5; sygib. C 3. g) cepit A 1. B 5. D 1; cepit C 3. D 3; capit D 2. h) heres-
 burgh B 2; aeresburgum C 1. 2. D 1. 3; heresb. C 3. i) uuisaram B 2; uiseram B 5.
 C 3. k) locum A 1. D 3. l) brunisbergh B 2; brunesberge D 2. m) fugientibus
 A 1. C 3; fugatis B 2; fugantibus B 4. C 1. 2; fugati sunt D 1; uagantibus D 3. n) saxo-
 nibus A 1. B 2. C 3. D 3. o) et — sunt desunt C 1. 2. p) quod C 1. 2. q) Obac-
 cerum A 1; hobaccrum C 1. 2; obacrum C 3; ahocerum corr. aboacrum D 1. r) au-
 tores Saxorum A 1. s) Hassionibus A 1; hassinon B 2; hassinoii C 1. 2; mansione C 3;
 bassione D 1; hasione D 3. t) placuit regi B 2. C 3.

1) *Ingelheim.* 2) *Ann. Petar.* 775: Domnus rex Karolus per-
 rexit in Saxoniam et conquisivit Sigiburgum; *Ann. Guelferb.* 775: Mai
 campus ad Dura. 3) *Hohen-Syburg ad confluentes fluviorum Ruhr et*
Lenne. 4) *Locus nunc desertus supra Höxter.*

Greciamⁱ ad Constantimum imperatorem se contulit ibique in patriciatus ordine atque honore consenuit¹.

Rex autem domum regressus, priusquam eum Saxones venisse sentirent, tripertitum in eorum regiones² misit exercitum, qui incendiis ac direptionibus³ cuncta devastans, compluribus etiam Saxonum, qui resistere conati sunt, interfectis cum ingenti praeda regressus est.

775.

DCCLXXV. Cum rex in villa Carisiaco hiemaret, consilium init, ut perfidam⁴ ac foedifragam Saxonum gentem bello adgrederetur^a et eo usque perseveraret, dum aut victi christianaee religioni subicerentur aut omnino tollerentur. Habitoque apud Duriam villam generali conventu, Rheno^b quoque transmisso cum totis regni viribus Saxoniam petiit et primo statim impetu⁵ Sigiburgum p. 155. castrum, in quo Saxonum praesidium *erat, pugnando cepit. Eresburgum^c aliud castrum a Saxonibus destructum munivit et in eo Francorum praesidium posuit. Inde ad Wisuram^d fluvium veniens in eo loco, qui Brunesberg^e vocatur, congregata m Saxonum multitudinem offendit, quae eum transitu fluminis arcere conabatur^f, sed frustra; nam in prima congressione⁷ pulsi fugatique sunt, et magnus eorum numerus ibidem interfectus est.

Et rex amne traecto⁸ cum parte exercitus ad Ovaccrum f fluvium contendit, ubi ei Hessi, unus^g e^h primoribus Saxonum,

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

i) graeciam 3.

775. a) aggred. 3. 6. 7.

b) reno 3. 6.

c) aeresb. 1. 2. 3;

eresburg 8.

d) uiseram 6. e) brunesberg 6. f) ouacrum corr. ouacrum 1; ouacrum 3; ouacerum 6; ouacera 8. g) hesuinus 6; hessumus 7. h) ex 3.

1) Cf. V. Kar. 18: magno . . honore consenuit (M.). 2) Cf. Ann. Fuld. (= Sith.) 775: omnes eorum regiones ferro et igni depopulatur. 3) V. infra a. 825: incendiis et direptionibus (M.). 4) Cf.

Ann. Fuld. (= Sith.) 775: Saxonum perfidiam ultus. 5) Eisdem verbis Florus utitur II, 9 et 11 (M.). 6) Ann. Fuld. 775: ripas Visurgis fluminis defendere conantes; cf. Ann. Mett. 775: defendere transitum fluminis conati sunt; et Curt. Ruf. IV, 9, 7: quibus hostem transitu amnis arceret (M.). 7) Eadem verba infra in a. 819. occurunt (M.). 8) Cf. Liv. XXI, 27: traecto amni (M.).

iuraverunt sacramenta, se fideles esse partibus supradicti domni Caroli^u regis. Similiter inde revertendo^v iam dicto mitissimo regi^w, venerunt Angrarii^x in pago, qui^y dicitur Bucki^{z·1}, una cum Brunone^a et reliquis optimatibus^b eorum et dederunt ibi^c obsides sicut Austrasii.

Et inde revertente^d praefato rege, invenit aliam partem de suo exercitu super fluvium Wisora^e contuentes ripam, quam iussi fuerant. Saxones cum ipsis pugnam fecerunt in loco, qui dicitur Lidbach^{f·2}, et Franci Deo volente victoriam habuerunt, et plures ex ipsis^g Saxones occiderunt. Hoc audiente domno Carolo^h rege, iterum super Saxones cum exercitu irruensⁱ et non minorem stragem^k ex eis^l fecit et praedam^m multam conquisivit super Westfalaosⁿ; et obsides dederunt sicut et illi^o alii Saxones. Et tunc^p obsidibus receptis et praeda multa adsumpta^q et per ter stragia^r Saxonum facta^s supradictus dominus Carolus^t rex ad propria reversus est auxiliante Domino in Franciam^u.

Tunc audiens, quod Hroldgaudus^v Langobardus^{w·3} fraudavit fidem suam et omnia sacramenta rumpens et voluit Italiam rebellare, tunc illis in partibus cum aliquibus Francis dominus Carolus^x rex iter peragens.

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Scladdistat^{z·4}. Et^a inmutavit se numerus annorum in

776.

A. Pet. DCCLXXVI. Tunc dominus Carolus^a rex Italiam ingressus est partibus Foroiulensem^b pergens^c. Hrod-

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

*u) deest A 1. C 3; karoli etiam B 4. v) revertente A 1. B 2. D 1; reuerteus rex C 3.
w) rege A 1. D 1. x) angarii C 2. 3. D 3. y) quod A 1. z) Buckhi A 1; buki
B 4; bocki C 1. 2. a) bruton B 4. b) optim. A 1. C 3. D 1. c) ei A 1. d) re-
uertendo C 1. 2. D 3. e) uuisaram B 2; uuisoram B 4. D 3; uuiseram C 3. f) Lid-
pach A 1; lidbad B 4; lidbah C; liddach D 1. g) ex ipsis desunt A 1. h) kar.
etiam B 4. i) iuuenis B 4. C 1. 2. k) stragiam C 1. 2. l) ipsis A 1. m) pda
multa C 1. 2. D 3. n) VVestphaleos A 1. o) deest A 1. D. p) et cum aliis A 1.
q) assumpta C 3. D 3. r) et pariter strage A 1; et strage C 3; et preter stragem D 1;
et ter stragia D 3. s) factam D 1. 3. t) carolus A 1. C 1. u) frantiam C.
v) Ruodgandus A 1; rotgaudus B 2. 5. C 3; rodg. B 4; rodhg. D 1; hruodg. D 2.
w) langnob. C 1. x) kar. etiam B 4; carolus etiam D 1. y) caelebr. C 1. 2. D 1.
z) sclezistat B 2; scladdistad B 4; Scalalistat B 5; scladdistath C 1. 2; scaldistat C 3.
a) anno domini nostri iesu christi C 3.*

776. a) kar. etiam B 4. b) Fori Iulii A 1; foroiulanorum B 2; Foreiulensem^{B 5.} c) iter peragens A 1; petiuit B 2; petens D 1.

1) *Regione circa oppidum Bückeburg sita.* 2) *Lübbecke
oppidum inter Minden et Osnabrück.* 3) *Dux Foroiuliensis.
4) Schlettstadt.*

cum omnibus Ostfalais ei occurrens et obsides, quos rex imperaverat, dedit et sacramentum fidelitatis iuravit. Inde regresso, cum in pagum, qui Bucki vocatur, pervenisset, Angrariik cum suis primoribus occurrerunt et sicut Ostfalail, iuxta quod imperaverat, obsides ac sacramenta dederunt.

Interea pars exercitus, quam ad Wisuram dimisit, in eoⁿ loco, qui Hlidbekio vocatur, castris positis incaute se agendo Saxonum fraude circumventa atque decepta est. Nam cum pabulatores Francorum circa nonam diei horam reverterentur in castra, Saxones eis, quasi et ipsi eorum socii essent^p, sese miscuerunt ac sic Francorum castra ingressi sunt; dormientesque ac semisomnos¹ adorti^q non modicam incautae multitudinis caede fecisse dicuntur. Sed vigilantium ac viriliter resistentium virtute repulsi castris^r excesserunt et ex pacto, quod inter eos in^s tali necessitate² fieri poterat, discesserunt. Quod cum regi fuisse ad latum, quanta potuit celeritate adcurrent fugientium terga insecurus^u magnam³ ex eis prostravit multitudinem; et tum demum Westfalaorum^w obsidibus acceptis ad hiemandum in Franciam^x revertitur.

776.

DCCLXXVI. Regi domum revertenti nuntiatur, Hruodgaudum^a Langobardum^b, quem ipse^c Foroiuliensibus^d ducem dederat, in^e Italia res^f novas moliri et iam conplures ad eum civitates defecisse. Ad quos motus comprimendos^g cum sibi festinandum iudicaret, strenuissimum^h quemqueⁱ suorum secum dicens raptim Italiam proficiscitur^j; Hru-

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

i) buchi 3. 7; bukki 8. k) ungarii 3. 4. 5; angarii 6. 7; angariorum 8. l) ost-falagi 7. m) obs. dederunt ac sac*r*. iurauerunt 3. n) deest 3.5. o) hildbeki 1.3.5.6; hildbechi 7; hildbeki 8. p) s. essent eorum 3. 5. q) adgressi 3 (non 5). r) tris excesserunt post lacunam rursus incipit 2. s) ex 3. t) occurrens 3.5; acc. 6. 7. u) insequuntur 1. 2. v) prostr. ex eis magnam 3. w) uestfalorum 1. 2. 3. 6. 7; ad uestfalhos 8. x) francia 1; frantia 2.

776. a) hyuodgaudum 3; ruodgaudum 6; Hrodgaudum 7. 8. b) langobardorum 2; longobarduum 6; longobardorum 7. c) deest 3. 4. 5. d) foroiuliens. corr. forouiniens. 7; foroiuliensibus 8. e) strenuissimum 1. 2; strenuiss. 6. 7. f) quendam 6. 7.

- 1) Cf. Tac. Ann. I, 51: qui semisomnos . . . ceciderant (M.).
- 2) Liv. XXIII, 36: in tali necessitate (M.); diversae hominum doctorum de hac pugna sententiae colliguntur apud Abel-Simson p. 230 sq. n. 3. Mihi Saxones in maiore necessitate videntur fuisse. 3) Ann. Fuld. 775: maxima eorum multitudine interfecta. 4) Ann. Fuld. (= Sith.) 775: Hruodg. Lang. in Italia regnum adfectat. 5) Vita Karoli 6: Hruodgausum . . . res novas molientem. 6) Eadem verba infra ad a. 817. usitantur (M.). 7) Ann. Fuld. (= Sith.) 776: Carlus contra Hruodgaudum in Italiam profectus eundem interficit.

gaudus^d occisus est, et supradictus dominus^e Carolus rex
Apr. 14. ad^f Tarvisium^{g. 1} civitatem pascha celebravit^h, et captas
 civitatesⁱ Foroiulem^{k. 2}, Tarvisium^l cum reliquis civitatibus,
 quae rebellatae fuerant^m; et disposuit omnes per Francos
 et iterum cum prosperitate et victoria reversus est in
 Franciamⁿ.

Tunc nuntius^o veniens, qui p dixit Saxones rebellato^s
 et omnes obsides suos dulgto^r et sacramenta rupta et
 Eresburgum^s castrum per mala ingenia et iniqua pla-
 cita Francos exinde suadentes exiendo^t; sic Eresburgum^u
 a Francis derelictum, muros et opera destruxerunt^v.
 Inde^w pergentes voluerunt de Sigiburgi^x similiter facere^y,
 auxiliante Domino Francis eis viriliter repugnantibus
 nihil praevaluerunt. [Dum^z enim per placita eos, qui
 in^{*}fra ipsum castrum custodes erant, inludere non po-^{p. 156.}
 tuissent, sicut fecerunt alios, qui in aliud^a castellum
 fuerant, coeperunt^b pugnas et machinas praeparare, qua-
 liter per virtutem potuissent illum^c capere; et Deo
 volente petrarias, quas praeparaverunt, plus illis dam-
 num^d fecerunt quam illis, qui infra castrum residebant.
 Cum enim vidissent, quod eis non proficeret, praepara-
 verunt etiam clidas^e ad debellandum per virtutem ip-
 sum castellum. Sed Dei virtus, sicut iustum est, supe-
 ravit illorum virtutem, et quadam die, cum bellum
 praeparassent adversus christianos, qui in ipso castro
 residebant, apparuit manifeste gloria Dei supra domum
 ecclesiae^f, quae est infra ipsum castrum, videntibus
 multis^g tam aforis quam etiam et deintus, ex quibus
 multi manent usque adhuc; et dicunt vidisse instar

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

d) Hruodgandus A 1; rotgaudus B 2; rodgald B 4; Hrotgaudus B 5; rodg. D 1; hruodg.
 D 2. e) supr. d. desunt A 1. C 3. D 3. f) apud A 1. g) tarauisium B 4; Tarvvi-
 sium B 5; taruisum C 1. 2; tarauisium C 3. h) caelebr. C 1. D 1. i) captis
 ciuitate A 1. k) Foro Iulii A 1. l) Tarusio A 1; tarauisium B 4; tarauisium C 3.
 m) rebellabant A 1; rebellate erant D 3. n) frantiam C 1. 2. o) nuncius A 1. B 4. 5. C 1.
 p) deest A 1. q) rebellare A 1; rebellantes B 4; rebelles esse B 5; rebellasse D 1.
 r) dulgto^s et desunt A 1; tultos C 8; dultos D 3. s) heresburgh B 2; heresburgum
 B 4. C 3; Eresburg B 5; aeresburgum C 1. D 1. 3. t) suadendo exire ab ipsis
 Francis A 1; suadentibus exinde exire francos C 3. u) aeresburgum C 1. 2. D 1. 3;
 heresburgo C 3. v) destruxerunt. Dum — seruos suos, et pergentes — praevalue-
 runt B 4; similiter B 2. w) inde. Dunn — seruos suos pergentes. Voluerunt — prae-
 valuerunt D. x) de Sigiburgo A 1; desuburgh B 2; Segeburg B 5; desiburgi C 1. 2;
 de sygiburgi castello C 8. y) facere. Dum — seruos suos, auxiliante — praeua-
 luerunt C. z) Dum — seruos suos desunt A 1. B 5. D 2; additamentum hoc
 videtur fuisse ab ipso auctore margini appositum; quod hoc pertinere ap-
 paret, etsi in nullo codice ad hunc locum refertur. a) sicut alios iam seduxerant C 3;
 aliud D 1; in alio castello D 3. b) ceperunt C 3. D 3. c) illam C; illud D.
 d) damnum — illis desunt B 4; dampnum C 3; dainni D 3. e) clydas C 3. f) aecl.
 B 4. C 3; supra basilicam D 3. g) cunctis C 2; illis D 1.

1) Treriso. 2) Forum Iulii, Friaul, nunc Cividale del Friuli.

odgaudoqueg, qui regnum adfectabath, interfecto, civitatibus quoque, quae ad eum defecerant, sine dilatione receptis et in eis Francorum comitibus constitutis eadem, qua venerat, velocitate reversus est.

Cui vix Alpes transgresso occurserunt, qui nuntiarent, Eresburgum^k castrum a Saxonibus expugnatum ac praesidium Francorum, quod in eo posuerat, expulsum; Sigiburgum aliud castellum oppugnatum quidem, sed non captum, eo quod hil¹, qui in eo causa praesidii fuerant. 157. constituti, facta eruptione *incautos atque obpugnationi

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

g) hyuodg. 3; ruotg. 6; ruodg. 7. h) affect. 3. 6. 7. i) ei qui 6. 7. k) aeresb. 1. 2; eresburg 8. l) hii 1. 2. 3. 7.

1) *Ann. Fuld.* (= *Sith.*) 776: In Saxonia Eresburgum castrum Saxonibus redditum, Sigiburgum ab eis (a Saxonibus *Sith.*) obsessum, sed non expugnatum.

duorum scutorum colore rubeo flammantes et agitantes supra ipsam ecclesiam^h. Et cum hoc signum vidissent pagani, qui aforis erant, statim confusi sunt et magno timore perterriti coeperuntⁱ fugere ad castra, et ominus multitudo eorum in pavore concussi fugam^k arrepti^l alii ab aliis se ab^m invicem interficiebant. Qui enim retro propter pavorem aliquamⁿ respiciebant, infigebant^o se lanceis eorum, qui ante illos fugiebant^p et in humeris portabant, et alii diversis ictibus inter se sunt perpessi^q et divina ultiōne iudicati. Et quantum super eos Dei virtus propter salutem christianorum operata est, nullus narrare potest; attamen quantum illi plus pavore perterriti fuerunt, tanto magis christiani confortati omnipotentem Deum laudaverunt, qui dignatus est suam^r manifestare potentiam super servos suos.] Et inde fugam arripientes Saxones, persecuti sunt eos Franci interficientes illos usque ad flumen Lippiam^{s·t}, castro salvato; et cum victoria reversi sunt Franci.

Et cum pervenisset dominus Carolus^t rex Wormatiam^u, et omnes istas causas audiens, coniunxit synodum^v ad eandem civitatem. Et ibi placitum publicum^w tenens, et consilio^x facto cum Dei adiutorio sub celeritate^y et nimia festinatione Saxonum caesas^z seu firmitates subito introivit. Et Saxones perterriti omnes ad locum, ubi Lippia consurgit², venientes ex omni parte et reddiderunt patriam per wadium^a omnes manibus eorum et sponderunt se esse christianos et sub dictione^b domni Caroli^c regis et^d Francorum subdiderunt. Et^e tunc dominus^f Carolus^c rex una^g cum Francis reaedificavit Eresburgum^h
A. Laur. castrum denuo^e et aliumⁱ castrum^j super Lippiam, ibique venientes Saxones una cum uxoribus et infantibus innumarabilis multitudo baptizati sunt et obsides, quantos iam-

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

h) aecl. B 4. C 3. D 3. i) ceperunt C 3; ceperunt D 3. k) fuga C 1. 2. D 1. l) arripientes C 3; arepti D 3. m) deest C. D 3. n) aliquem D 1; deest D 3. o) interficabant C 2; infigebant D 3. p) fugebant C 2. D 1. q) percussi D 1. r) se corr. suam B 4; se C 1. 2. s) lippa semper B 2. t) kar. etiam B 4. u) uuarmatiam B 4; uuarmatiam B 5. D 1. v) sinodum C 1. D 1. 3. w) puplicum C 3. D 3. x) concilio A 1. y) cel. et desunt D 3. z) caesas seu desunt A 1. a) VVaidum A 1; uuadimonium C 3; nadum D 3. b) ditione B 4. C. c) kar. etiam B 4. d) et fr. desunt D 3. e) deest A 1. D 3. f) d. C. desunt C 3. g) una cum desunt B 4. h) heresburgh B 2; aeresburgum B 4. C 1. 2. D 1. 3; Eresburg B 5; heresburgum C 3. i) aliud A 1. B 2. 5. D 1.

1) *Lippe.* 2) *Lippspringe.* 3) *Ann. Laurehamenses (Mossellani)* 776: et conversi sunt Saxones ad fidem Christi, et baptizata est eorum multitudo innumera. Et aedificavit civitatem super fluvio Lippiae, que appellatur Karlesburg.

intentos Saxones a tergo invaserunt et plurimis interfectis reliquos non solum oppugnationem dimittere, sed etiam fugere compulerunt palantesque ac dispersos ad Lippiam^m usqueⁿ fluvium persecuti sunt.

Haec cum regi adlata^o fuissent, conventu apud Wormaciā habitō Saxoniam sine mora statuit cum exercitu esse petendam contractisque ingentibus copiis tanta celeritate ad destinatum a se in Saxoniam locum pervenit¹, ut omnes hostium conatus, quibus ei resistere parabant^q, illa festinatione praeverteret. Nam ad fontem Lippiae^r veniens immensam illius perfidi populi multitudinem velut devotam ac supplicem^s, et quam erroris sui paeniteret, veniam poscentem invenit. Cui cum et misericorditer ignovisset et eos, qui se christianos fieri velle adfirmabant^t, baptizari fecisset, datis et acceptis pro fide servanda fraudulentis eorundem promissionibus, obsidibus quoque, quos imperaverat, receptis^u, Eresburg ov castro, quod dirutum erat, restaurato alioque castello super Lippiam^w constructo^x et in utroque non mo-

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

^{m)} lipiam 1. 7; libiam 2. ⁿ⁾ usque ad 1. fl. 6. 7. ^{o)} allata 3. 6. 7. ^{p)} saxoniā 2. ^{q)} conabantur 3. 5. ^{r)} ubi lippia nascitur 8. ^{s)} et suppl. ac 3. ^{t)} penit. 1. 2. 7; deest 3. 4; poen. 5. ^{u)} affirm. 3. 6. 7. ^{v)} aeresb. 1. 2. 3; eresburg 8. ^{w)} quem lippia diximus 8. ^{x)} exstructo 3. 5.

1) Cf. *infra* 820: ad destinata loca pervenit (*D.*). 2) *Vita Karoli* 7: supplices regi se dediderunt, . . . obsides, qui imperabantur, . . dederunt. 3) Haec non ad fontem Lippiae, sed prope castrum novum tunc aedificatum evenisse in annalibus integris legitur; cf. Abel-Simson 263. n. 2.

dictus dominus rex eis^k quaesivit^l, dederunt. Et perfecta^m supradicta castella et disposita per Francos scaras resedentesⁿ et ipsa^o custodientes reversus est dominus Carolus^p rex in Franciam^q.

Et celebravit^r natalem Domini in Haristallio^s et
773 Mart. 30. pascha in villa^t, quae dicitur Niumaga^u.^v ¹. Et inmutavit se numerus annorum in

777.

A. Laur.
et Pet.

DCCLXXVII. Tunc² dominus Carolus rex synodus publicum^b habuit ad Paderbrunnem^c prima vice. Ibi que convenientes^d omnes Franci, et ex omni parte Saxoniae^e undique Saxones convenerunt, excepto quod Widochindis^f rebellis extitit cum paucis aliis: in *partibus Nord-*p. 158. manniae^g confugium fecit una cum sociis suis. Etiam ad eundem placitum^h venerunt Sarraceniⁱ de partibus Hispaniae^k, hi^l sunt Ibin al Arabi^{m. 3} et filius Deiuzefiⁿ, qui et latine Ioseph^o nominatur⁴, similiter et gener eius⁵. Ibi que multitudo Saxonum baptizati sunt et secundum morem illorum omnem ingenuitatem et alodem^p manibus dulgtum^q fecerunt^r, si amplius inmutassent secundum malam consuetudinem eorum, nisi conservarent in omnibus christianitatem vel fidelitatem supradicti domni Caroli^s regis et filiorum eius vel Francorum.

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

k) deest A 1; ab eis C 3; de eis D 3. l) quesivit B 4. C 2. D 3. m) perfectis supradictis castellis et dispositis A 1. n) residentes A 1. C 3. D 1. 3; resed. corr. resid. B 4. o) ipsas B 4. C 3. p) d. C. rex desunt A 1; karolus etiam B 4. q) frantia C 1. 2. r) caelebr. B 4. C 1. 2. D 1. s) Haristalho A 1; heristellio B 2; aristallio B 4. D 1; Haristallo B 5. t) v. q. dic. desunt C 1. 2. u) Niomaga A 1. B 5; neumaga B 4.

777. a) sinodum B 4. D 1. 3. b) publican A 1. D 1. c) apud Padessbruinen A 1; padresbrunna B 2; Patresbrunna B 5; padarbrunna C 3. d) ueientes A 1. B 5. e) Sax. und. desunt A 1. f) Vindobundis A 1; unidichindis B 2; unithochindis B 4; Witigingo B 5; uidochindus C 1. 2; uidochinnus D 3. g) nortmanniae B 2; normanniae B 4; Normaniae B 5; nordmannicae C 3; nordianiae D 1. h) Ab hoc vocabulo incipit B 1. i) saraceni B 5. D 3. k) Spaniae B 5. l) scilicet Ib. A 1; hii B 1. 5. D 3. m) Ibinalakabe A 1. n) de Vizosi A 1; Denizesi B 5; diuzezi D 1; deiuzeui D 3. o) iosep B 4. p) alodum B 4. q) dulgium A 1; dul- tum B 4; indulgum C 2. r) fecere A 1. s) kar. etiam B 4.

1) Nymwegen. 2) Ann. Laureshamenses (Mosell.) 777: Habuit Carlus conventum Francorum . . . ad Padresbrunnon (Mosell. Paderbrunnon); Ann. Petav. 777: . . . rex Karolus venit . . . Patresbrunna habuitque ibi magnum placitum; et ibi convenerunt Saxones . . . 3) Solaiman Ebn el Arabi; Lembke, 'Gesch. Spaniens' I, 344 sq. 4) Iussef Ben Abd ur Rahman el Fehri, olim (inter a. 742. et 755.) princeps omnium in Hispania Arabum electus, sed ab emiro Abd ur Rahman Ben Muawijah regno pulsus et a. 759. a suis occisus, tres filios reliquerat: quorum unus occisus, alter ab a. 760. in custodia detentus est; tertius igitur, nomine Kasem, tunc ad Karolum videtur venisse. Lembke 304 sq. 334 sqq. 5) Fortasse Hossain Ben Jahja († 781); cf. Lembke 342. 347.

dico praesidio¹ relicto ipse in Galliam reversus in villa Heristallioy hiemavit.

777.

DCCLXXVII. Rex prima veris adspirante^a temperie² Noviomagum³ profectus est^b et post celebratam ibidem paschalis festi sollemnitate^c propter fraudulentas Saxonum promissiones, quibus fidem habere non poterat, ad locum^d, qui Padrabrunno^d vocatur, generalem populi sui conventum in eo habiturus cum ingenti exercitu in Saxoniā profectus est. Eo cum venisset, totum perfidae gentis senatum ac populum, quem ad se venire iusserat, morigerum ac fallaciter sibi devotum invenit. Nam cuncti ad eum venerunt praeter Wido kindume, unum ex primoribus Westfalaorum^f, qui multorum sibi facinorum conscientis et ob id regem veritus^g ad Sigifridum^h Danorum p. 159. reⁱ* gem profugerat. Ceterii, qui venerant, in tantum se regis potestati^k permisere, ut ea condicione^l tunc veniam acciperem^m mererentur, si ulterius sua statuta violarent, etn patria et libertate privarenturⁿ. Baptizata est ex eis ibidem maxima multitudo, quae se^o, quamvis falso, christianam fieri velle promiserat. Venit eodem in loco ac tempore ad regis^p praesentiam de Hispania^q Sarracenus quidam nomine Ibin al Arabir cum aliis Sarracenis sociis suis, dedens se ac civitates, quibus eum rex Sarrace-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

y) heristallio 2; harist. 3. 6; heristalli 8.

777. a) aspir. 3. 6. 7. 8. b) deest 3. c) sollempn. 3. 6. 7. 8. d) padrabrun 1; padabrunno 3; patherbrunno 6; padrabunno 7; pathalbrunno 8. e) uuidichindum 1. 2; uuidikindum 3; uuitikindum 5; uuinichindum 6; uiindichinum 7; uuidokindus 8. f) uestfalorum 3. 6. 7. g) veritus regem 6. 7. h) sigefridum 2. 6; sifridum 8. i) caeteri 1. 2. 3. k) potestate 3. l) condit. 3. 6. 7. m) percipere 3. n) ut 3. 5. o) priuarent 1. 2; carerent 3. p) regis ad 6. 7. q) isp. 2; hysp. 7. r) ebinalarabi 7; ibin alarbi 8.

1) *Liv. XXI*, 61: praesidio Tarracone modico relicto (*M.*).

2) Cf. *infra a. 800. 811. 813. 820. 825 (M.)*. 3) *Nymwegen*. 4) *Ann. Fuld. 777*: Et conventus in Saxonia habitus in loco, qui vocatur Padra-

brunno. 5) *V. Kar. 7*: ut . christianaē religioni se subdere velle

promitterent.

Et^t celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur
 778 Apr. 19. Dotciacum^{u. 1.}, et pascha in Aquitania^v in villa Cassino-
 gilo^{w. 2.}. Et^x inmutavit se numerus annorum in

778.

A. Laur.

DCCLXXVIII.³ Tunc dominus Carolus^a rex iter per-
 agens partibus Hispaniae^b per duas vias; una per
 Pampilonam^c, per quam ipse supradictus magnus rex per-
 rexit usque Caesaraugustam^{d. 4.} Ibiique venientes de partibus
 Burgundiae et Austriae^e vel Baioariae^f seu Provinciae^g
 et Septimaniae^h et pars Langobardorum; et coniungentes
 se ad supradictam civitatem ex utraque parte exercitus.
 Ibi obsides receptos dei Ibin al Arabi et dek Abutaurol^{i. 5}
 et de multis Sarracenis, Pampilona^m destructaⁿ, Hispani^o
 Wascones^p subiugatos^q, etiam et Nabarros^r, reversus in
 partibus Franciae^s

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 5. D 1. (2.) 3.
v) et Rex A 1. w) Doriacum A 1; in duciaco B 2; dortiacum B 4; Dociacum B 5;
doctiacum C 3. x) equitanis D 3. y) Cassinogila A 1; casinogilo B 2. 5; cassi-
noilo C 3. z) anno domini nostri iesu christi C 3.

778. a) kar. *etiam B 4.* b) italiae *D 1.* c) pampilonem *A 1. D 2 (?) 3.*
Pampaloniam B 5. d) cesaraug. *B 1. C 3.* e) austriasiae *B 2. C 3.* f) baioriae *D 1.*
g) prouintiae C. D 1. h) Septimanae *A 1.* i) Derbanalambi *A 1.* k) Draba-
tauro A 1. l) abitauro *D 2.* m) pampilonea *B 1; Pampalonia B 5.* n) distracta
B 1. C 1. 2. o) Hispanis *A 1; hispania B 4; Hispanos B 5; hispanos et C 3.* p) VVa-
sonibus A 1; uasconibus B 2. D 2; iniastones B 4. q) subiugatis *A 1. B 2. D 2.*
r) nabarris A 1. D 2; nauarros B 4. s) frantiae *C 2; in frantia C 3.*

1) *Douzy prope Sedan.* 2) *Chasseneuil ad fluvium Clain prope Poitiers; Mühlbacher 209 a, Abel-Simson 293, n. 3.* 3) *Usque ad hunc annum puto priorem Annalium Petavianorum recensionem, qua auctor nostrorum usus est, pertinuisse. Sed in hoc anno nihil iam ex eis haustum est. Cf. 'Neues Archiv' XX, 33.* 4) *Saragossa.* 5) *Abu Taher quodam principe; Lembke 345, Abel-Simson 298.*

norum praefecerat. Idcirco rex peracto memorato conventu in Galliam^s reversus^t natalem Domini in Ductiacou villa, pascha vero in Aquitania apud Cassino ilum^v celebravit.*

778.

DCCLXXVIII. Tunc ex persuasione praedicti Saraceni spem capiendarum quarundam in Hispania^a civitatum haud frustra concipiens congregato exercitu¹ profectus est superatoque² in regione Wasconum Pyrineib iugo, primo Pompelonem Navarrorum^c oppidum adgressus^d in ditionem accepit. Inde Hiberum amnem vado traiciens³ Caesaraugustam praecipuam illarum partium civitatem accessit acceptisque, quos Ibin al Arabie et Abuthaur^f quosque alii quidam Sarraceni obtulerunt, obsidibus Pompelonem revertitur. Cuius muros, ne rebellare posset, ad solum usque destruxit ac regredi statuens Pyrineib saltum ingressus est. In cuius summitate Wasconesh insidiis collocatisⁱ extremum agmen adorti totum exercitum magno (Aug. 15.) tumultu perturbantk. Et licet Franci Wasconibus tam armis quam animis praestare⁴ viderentur, tamen et iniquitate locorum et genere inparis pugnae⁵ inferiores effecti sunt. In hoc certamine plerique aulicorum, quos rex copiis praefecerat, interfeci sunt, direpta impedimenta et hostis propter notitiam¹ locorum statim in diversa dilapsus est. Cuius vulneris accepti^m dolor magnam partem

*) In qua villa natus est ei filius ex Hildegarde regina, quem ex sacro fonte Hludovicum nominaverunt add. M. Freher ex codice quodam Germanensi, qui nunc latet.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

s) gallia 1. t) conuersus 6. 7. u) duciaco 3; ducciaco 7. v) cassinoillum 1. 6. 7.
778. a) hysp. 7. b) pirenei 3; pirynei 6; pyrenei 8. c) nauarnorum 3;
nauarorum 7. d) agrr. 3. 6. 7. e) ibinalarbi 8. f) abutahur 7. g) murum 3.
h) nuase, sunm 6. 7. i) colloc. 3. 6. 7. k) perturbabant magno tumultu 3. 5.
2) Cf. *Ann. Fuld.* 785: et Saxonia tota subacta. 3) *Vita Karoli* 20:
Facta est . . . in Germania valida coniuratio. Cuius auctores, partim
luminibus orbati partim membris incolomes, omnes tamen exilio de-
portati sunt. 4) *Ann. Fuld.* (= *Sith.*) 785: Coniuratio . . . , quae
vocatur Hartrati (Hardrati *Sith.*), exorta et cito conpressa est.

786.

DCCLXXXVI. Tunc dominus Carolus^a rex misit exercitum suum partibus Brittaniae^b una cum misso suo Audulfo^c sinescalco^d; et ibi multos Brittones conquesierunt^e una cum castellis et firmitates^f eorum locis palustribus seu et^g in caesis^h. Et sicut supra diximus, in multis firmitatibus Brittonumⁱ praevaluerunt Franci et cum victoria Domino volente reversi sunt et capitaneos eorum ad synodum^k repraesentabant supradicto domino rege^l in Wormatiam^m.

Tunc dominus rex Carolusⁿ praespiciens^o, se ex omni parte Deo largiente pacem habere, sumpsit consilium orationis causae^p ad limina beatorum apostolorum iter peragendi et causas Italicas^q disponendi, et cum missis imperatoris placitum habendi de convenientiis^r eorum¹; quod ita factum est. Tunc suprascriptus^s dominus rex natalem Domini celebravit in Florentia^t civitate. Et immutavit^u se numerus annorum in

787.

DCCLXXXVII. Tunc dominus rex^a Carolus supradicto^b itinere ita^c peragens* Romam venit et valde honorifice a domno apostolico Adriano^d receptus est; et aliquod^e dies ibi moratus est cum domno apostolico.

Sept. 17.

*) eclipsis solis facta est XV. Kal. Oct. ab hora diei prima usque ad horam V. add. D 3; eclipsis—Oct. etiam D 2.

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

786. a) karolus *etiam* B 4. b) britanniae B 4. C 3. D 1. 3; Brittaniae B 5.
c) Andulfo A 1; odulfo B 2; per autulfum D 2. d) Sinestalco A 1; Siniscallo B 5;
senescalum D 2; sinescaluo D 3. e) conquaes. A 1. C 1; adquis. B 2; conquis. B 4. 5.
C 3. D 1. 3. f) firmitatibus Brittonum, in locis A 1. g) *deest* A 1. C 3. h) incessis
A 1; in cesis B 1. 4; in casis C 3; incisos D 3. i) brittoniam D 3. k) sinodum
B 1. C 1. D 1. l) regi A 1. B 2. 5. D 1; rege carolo B 1; supr. karolo C 3. m) VVormatia
A 1; uuormaciam B 1; uuarmatiam B 4; uurmatiam B 5. C 2. D 1; uurmaciām C 1.
n) *deest* C 3. o) perspiciens A 1. B 5. C 3. D 1. *ex corr.* B 4. p) causa A 1. B 2. 5.
C 3. D 1. *ex corr.* B 4. q) italias C 2. r) convenientiis A 1. D 1. s) supradictus
B 1. 5. t) forentia D 3. u) immutalus est n. a. domini in C 3.

787. a) carolus rex A 1. B 1; k. rex C 3. b) supradictum iter A 1. c) *deest*
A 1; iter B 1. C 3. d) hadriano B 4. 5. C 1. e) aliquot A 1. B 2. C 3. D 1.

1) *In primis de filia sua Hruodthrude imperatori Constantino collocanda; cf. Abel-Simson 541—546.*

786.

DCCLXXXVI. Cum et hiemis tempus expletum et sanctum pascha in Attiniaco villa fuisse a rege celebratum, exercitum in Britanniam cismarinam mittere constituit. Nam cum ab Anglis ac Saxonibus Britannia^a insula fuisse invasa, magna pars incolarum eius mare traiciens in ultimis Galliae finibus Venetorum et Coriosolitarum¹ regiones occupavit. Is populus a regibus Francorum subactus ac tributarius factus inpositum^b sibi vectigal licet invitus solvere solebat. Cumque eo tempore dicto² audiens non esset, missus illuc regiae mensae praepositus Audulfus perfidae gentis contumaciam mira celeritate compressit regique apud Wormaciame^c et obsides, quos acceperat, et complures ex populi primoribus adduxit.

Rex pace undique parta³ statuit Romam⁴ proficisci et partem Italiae, quae nunc Beneventus vocatur, adgredi conveniens esse arbitratus, ut illius regni residuam portionem suae potestati subiceret, cuius caput in capto Desiderio rege^d maioremque^e partem in Langobardia^f iam subacta tenebat. Nec diu moratus, sed contractis celeriter Francorum copiis in ipsa hiemalis temporis asperitate Italiam^g ingreditur. Cumque in Florentia Tuscorum civitate natalem Domini celebresset, quanta potuit celeritate Romam ire contendit.

Quo cum venisset ac de profectione sua in^d Bene-^{787.} ventum tam cum Adriano^g pontifice quam cum suis

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

786. a) britannia 8. b) impos. 3. 6. 7. c) uuormatiam 3. 7. d) deest 6. 7.
e) maioreque 1. 2. f) longob. 6. 7. g) hadriano 1.

1) Qui apud Caesarem saepius commemorantur; ab eis oppidum Vannes vicusque Corseult (prope St. Malo) nomina acceperunt. 2) Vita Karoli 10: Domuit et Brittones, qui ad occidentem in extrema quadam parte Galliae super litus oceani residentes dicto audientes non erant, missa in eos expeditione, qua et obsides dare et, quae imperarentur, se facturos polliceri coacti sunt. 3) Liv. II, 26: undique partae pacis (M.). 4) Ann. Fuld. (= Sith.) 786: Carlus . . . Roman vadit. 5) Vita Karoli 10: Ipse postea cum exercitu Italiam ingressus . . .

Et Arighis^f dux Beneventanus^g misit Romaldum^h filium suum cum magnis muneribus, postolareⁱ de adventu iamdicti domni regis, ut in Benevento^k non introisset, et omnes voluntates praefati domni regis adimplere cupiebat. Sed hoc miniime apostolicus credebat neque optimates^l Francorum, et consilium fecerunt cum suprannominato domno Carolo rege, ut partibus Beneventanis^m causas firmando advenisset; quodⁿ ita factum est. Et dum Capuam^o venisset, Areghisus^p dux reliquid^q Beneventum^r civitatem et in Salernum se reclusit; et timore perterritus non fuit ausus per semet ipsum faciem domni regis Caroli videre. Sed mittens missos et ambos filios suos proferens, id est Rumaldum^s, quem dominus Carolus rex secum habebat, et Grimoaldum^t, quem supradictus Areghis^u secum^v retinebat; et offerens multa munera et alios obsides, ut petitionem^w eius obtemperasset. Tunc dominus ac gloriosus Carolus^x rex prae-spxity una cum sacerdotibus vel ceteris^z *optimatibus^a *p. 170. suis, ut non terra deleretur illa et episcopia vel monasteria non desertarentur^b, elegit XII obsides et tertium decimum^c filium supradicti^d ducis nomine Grimoaldum^e. Et accepta munera^f iuraverunt omnes Beneventani, tam supradictus dux quam^g et Rumaldus^h. Et reversus est sepenominatus piissimusⁱ rex et cele-bravit pascha cum domino apostolico in Roma.
Apr. 8.

Ibique venientes missi Tassiloni^k ducis, hii^l sunt Arnus episcopus¹ et Hunricus^m abba², et petierunt apostolicum, ut pacem terminaret inter dominum Carolum regem et Tassilonem ducem. Unde et dominus apostolicus multum se interponens, postolandoⁿ iamdicto domino

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

- f) Ariglus A 1; harichis B 1; herigisus B 2; arigis B 4. 5. C 3. g) beuent. D 3.
 h) romoldum C 3. i) postulare A 1. B 4. C 2. 3. D 3; postulans B 2. 5. k) benenentano B 5. D 3. l) optimates A 1. B 4. C 3. D 1. m) ad partes Beneuentanas A 1; Beuenenti B 5; beuentanis D 3. n) quod — unenisset desunt B 4. o) caupua D 3.
 p) Ariglus A 1; harichisus B 1; herigisus B 2; Arigis B 5; aregisus C 2; aregysus C 3; aregisus D 3. q) reliquit A 1. B 2. 5. C 2. D 1. r) beneuentan B 4; Beneventi B 5; beneuentanum C 2. s) rumoldum A 1. C; romaldum B 4. D 3. t) grimalduni B 2. C 3. D; cum . . . Grimoldo B 5. u) Ariglus A 1; areghisus C 1. 2; aregysus C 3; filium aragisi D 2; aregis D 3. v) penes se continebat A 1. w) petitioni A 1; petacioni D 3. x) deest C 3; rex car. B 1; rex kar. D 1. y) prospexit A 1; perspexit D 1. z) caeteris A 1. B 4. a) optimatibus A 1. B 4. C 3. b) desolarentur A 1. c) XIII. B 1. 4. D 3; duodecimum D 1. d) suum suprad. C 1. 2.
 e) grimaldum B 2. C 3. D 1; Grimoldum B 5. f) acceptis muneribus A 1. C 3. ex corr. B 4. g) quam et R. desunt A 1. h) rumoldus C 3; romaldus D 1. 3. ex corr. B 4. i) deest B 4. C 3. k) Thassilonis A 1; tassilonis B 2. 4. 6. C 3. D; Dasilioni B 5. l) scilicet A. A 1; hi C. D 1. m) Hunrichus A 1; henricus C 3. n) precando A 1; postulando B 4. C 2. 3; postulante B 5.

1) *Salzburgensis* (785—821). 2) *Mondseeensis*.

optimatibus deliberasset, Aragisus¹ dux Beneventanorum auditio eius adventu compertaque in terram suam intrandi voluntate propositum eius avertere conatus est. Misso enim Rumoldo^h maiore filio suo cum muneribus ad regem rogare coepit, ne terram Beneventanorum intraret. Sed ille longe aliter² de rebus inchoatis faciendum sibi iudicans retento secum Rumoldoi cum omni exercitu suo Capuam Campaniae civitatem accessit ibique castris positis consedit^k, inde bellum gesturus, ni memoratus dux intentionem regis salubri consilio³ praevenisset. Nam relicta Benevento, quae caput illius terrae habetur, in Salernum maritimam civitatem velut munitiorem se cum suis contulit missaque legatione utrosque filios suos regi obtulit, promittens se ad omnia, quae imperarentur, libenter oboediturum^m. Cuius precibus rex adnuensⁿ divini etiam timoris respectu bello abstinuit et minore ducis filio nomine Grimoldo obsidatus gratia suscepto maiorem patri remisit. Acccepit insuper a populo obsides undecim misitque legatos, qui et ipsum ducem et omnem Beneventanum populum per sacramenta firmarent. Ipse post haec cum legatis Constantini^o imperatoris, qui propter petendam filiam suam⁴ ad se missi fuerant, locutus est atque illis dimissis Romam reversus sanctum paschale festum^p magna cum hilaritate celebravit.

*787.

DCCLXXXVII. Cum adhuc rex Romae ageret^b, Tasilo dux Baioariae misit legatos suos, Arnum videlicet episcopum et Hunricum abbatem, ad Adrianum^d papam, petens, ut inter regem atque illum mediator pacis fieri dignaretur. Nec pontifex precibus eius censuit abnuendum, sed quanta potuit instantia apud regem intercedere curavit,

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

h) rumuldo 3; rumolto 5. i) rumoldum 2; rumuldo 3. k) ibique c. p. cons. desunt 3. 5. l) et inde 6. 7. m) obed. 2. 3. 6; obed. 7. n) annuens 3. 6. 7.
o) constantino corr. -ni 1; constantino 2. p) pascha 3. 5.
787. a) rex adhuc 1; rex deest 2. b) esset 3. 5. c) heuricum 6.
d) hadrianum 1; hardrianum 2.

1) *Vita Karoli 10*: Ipse . . . Capuam Campaniae urbem accessit atque ibi positis castris bellum Beneventanis, ni dederentur, comminatus est. Praevenit hoc dux gentis Aragisus: filios suos Rumoldum et Grimoldum . . . mittens rogat . . . seque . . . imperata facturum pollicetur . . . Rex . . . unoque ex filiis, qui minor erat, obsidatus gratia retento maiorem patri remisit; legatisque ob sacramenta fidelitatis a Beneventanis exigenda . . . dimissis Romam redit. 2) *Liv. II*, 46: aliter longe evenit (*M.*). 3) Cf. *Transl. Marc. et Petri (SS. XV)*: salubre consilium (*D.*). 4) *Hruodlhrudem, quae secundum Ann. Laurenam. iam a. 781. imperatori despontata erat, tunc autem petenti non data est. V. infra a. 788. et Abel-Simson 569.*

rege. Et ipse dominus rex respondit apostolico, hoc se voluisse et per multa tempora quaesisse^o, et minime invenire potuit^p; et proferebat statim fieri^q. Et voluit supradictus dominus rex in praesentia domni apostolici cum ipsis missis pacem firmare; et renuentibus^r supradictis missis, quia non ausi fuissent de eorum parte ullam firmitatem facere. Apostolicus vero cum cognovisset de instabilitate vel mendatia^s eorum, statim supraducem eorum vel suis consentaneis anathema posuit, si ipse^t sacramenta, quae promiserat domno Pippino^u regi^v et domno Carolo^w itemque^x regi^y, non adimplesset. Et obtestans supradictos missos, ut contestarent^y Tassilonem, ut non aliter fecisset, nisi in omnibus oboediens fuisset domno regi^z Carolo et filiis eius ac genti Francorum, ut ne forte sanguinis effusio^a provenisset^b vel lesio^c terrae illius; et si ipse dux obdurato corde verbis supradicti apostolici minime oboedire^d voluisset, tunc dominus Carolus^e rex et suus exercitus absoluti fuissent ab omni periculo peccati, et quicquid in ipsa terra factum eveniebat in incendiis aut in homicidiis vel in qualemcumque^f malitia^g, ut hoc super Tassilonem et eius consentaneis^h evenissetⁱ et dominus rex Carolus ac Franci^k innoxii ab omni culpa exinde permansissent^l. Haec^m verbaⁿ expleta, missi Tassiloni^o absoluti sunt. Et tunc in invicem sibi dominus apostolicus atque dominus gloriosus rex Carolus valedicentes, benedictione adsumpta oratione perfecta Franciam^p iamdictus praecelsus^q rex reversus est.

Et pervenit idem mitissimus rex ad coniugem suam domna^r Fastradane^s reginam^t in civitate Wormatia^u; et ibi ad invicem gaudentes et laetificantes ac Dei misericordiam conlaudantes. Synodus^v namque congregavit^w suprascriptus^x dominus^y rex ad^z eandem civitatem; sacerdotibus suis et aliis optimatibus^a nuntiavit, qualiter omnia in itinere suo peragebantur^b. Et cum venisset^c

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

- ^o) quiesisse B 1. 4. C 2. D 3. ^p) potuisse A 1. B 2. C 3. D 3. ^q) ita fieri A 1.
- ^r) renuentibus A 1. B 2. D. ^s) mandati A 1; mendacia B 1. 4. D; mendatio C 3.
- ^t) ipsa A 1. B 5. ^u) pipino A 1. B 4. D 3. ^v) rege B 1. ^w) carolo etiam D 3.
- ^x) deest A 1. ^y) contestarentur A 1. ^z) Carolo Regi A 1; carolo rege B 1; karolo regi D 3. ^a) profusio A 1. ^b) veniret A 1; proueniret C 3. ^c) laesio A 1. C 1.
- ^d) obedire A 1. C 3. D 3. ^e) carolus etiam C 2. ^f) qualicunque A 1. B 2. 4. C 3. D.
- ^g) malo A 1; malicia B 1. D 3. ^h) consentaneos A 1. D 3. ⁱ) veniret A 1; eneuiret C 3.
- ^k) francis B 1. ^l) permanerent A 1. C 3. ^m) iis A 1; His C 3. ⁿ) uerbis expletis A 1. C 3.
- ^o) Thassilonis A 1; tassilonis B 2. C 3. D 1. ^p) frantiam C 2. D 3. ^q) precellentissimus B 1.
- ^r) dominam A 1; dominam B 1. C 3. ^s) Fastradem A 1; fastradanem B 1. D 1; fastrada B 2; fastradanam C 3. D 3. ^t) reginam A 1. B 1. C 3. D. ^u) uarmatia B 4; ad VVrmatiam B 5; urmatia C 1. 2. D 1. ^v) sinodum B 1. 2. D. ^w) congregatam A 1. ^x) supradictus A 1. D. ^y) deest A 1. C 3. ^z) apud A 1. ^a) optim. A 1. B 4. C 1. 3. ^b) peracta sunt A 1. ^c) ven. — quod desunt C 3.

ut inter eos pax et concordia ex suaee apostolicae auctoritatis ammonitione atque interventione proveniret. Cui cum rex idem se magnopere velle respondisset simulque a legatis memorati ducis inquireret, quame huius pacationis firmitatem facere deberent, responderunt sibi def hac re nihil esse commissum nec se de hoc negotio aliud facturos, quam ut responsa regis atque pontificis domino suo reportarent. Quorum verbis papa commotus velut fallaces ac fraudulentos anathematis gladio statuit feriendos, si ab olim regi promissa fide discederent, atque ita infecto pacis negotio reversi sunt. Rex autem adoratis sanctorum apostolorum liminibus votisque solutis apostolica benedictione percepta in Franciam reversus est.

Et cum uxorem suam Fastradam filiosque ac filias et omnem comitatum, quem apud eos dimiserat, Wormaciae invenisset, generalem populi sui conventum ibi habere statuit. In quo^h cum omnia, quae in Italia gesserat, coram optimatibus suis narrando commemorasset et ad ex-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

e) quando 3. f) in 3. g) uuormat. 3. 7; uurmiae 8. h) qua 3.

ad hoc^d locum, quod omnia explanasset de parte Tassilonis, sicut actum erat, tunc prespiciens^e idem rex, ut missos mitteret, et iussit Tassiloni^f, ut omnia adimpleret secundum iussionem apostolici, vel sicut iustitia^g erat: eo^h quod sub iureiurando promissum habebat, ut in omnibus oboediensⁱ et fidelis fuisset domno rege^k Carolo^l et filiis eius vel Francis et veniret ad eius praesentiam; quod^m rennuitⁿ et venire contempsit^o. Tunc dominus rex^p Carolus una cum Francis videns iustitiam suam, iter coepit^q peragere partibus Baioariae cum exercitu suo, et per semet *ipsum venit in loco, ubi Lechfeld^r *p. 172. vocatur, super civitatem Augustam^s. Et iussit alium exercitum fieri, id est Franci^t Austrasiorum, Toringi^u, Saxones, et coniungere super Danubium fluvium in loco, qui dicitur Faringa¹. Et tertium^v exercitum iussit fieri partibus Italiae, ut dominus Pippinus^w rex venisset^x usque ad^y Trianto^z² cum exercitu suo et ipse ibi maneret et exercitum suum pleniter in ante mitteret usque ad Bauzanum^a³. Tunc praespiciens^b se Tassilo ex omni parte esse circumdatum et videns, quod omnes Baioarii plus essent fideles domno rege^c Carolo^d quam ei et cognovissent iustitiam iamdicti domni regis et magis voluissent iustitiam consentire quam contrarii esse, (Oct. 3). undique constrictus Tassilo venit per semetipsum, tradens se manibus in manibus^e domni regis Caroli^f in vassaticum^g et reddens ducatum sibi commissum a domino Pippino^h rege, et recrediditⁱ se in omnibus peccasse et male egisse^k. Tunc denuo renovans sacramenta et dedit obsides electos XII et tertium decimum^l filium suum Theodonem^m. Receptis obsidibus vel sacramenta tunc reversus est praefatus gloriosus rex in Franciamⁿ.

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

d) deest A 1; hunc B 1. D; hoc corr. hunc B 4. e) perspiciens A 1. D. f) Thassilonem A 1; tassilonem B 1. 4. C 1. 2. g) iusticia B 1. D 3. h) et A 1. i) obediens A 1. C 3. k) regi A 1. B 4. C 3. D 3. l) karolo etiam B 4. m) qui B 5. C 3. n) rennuit A 1. D 1. o) Post hoc verbum unum folium excidit B 1. p) kar. rex C 3. D 3. q) cepit C 3. D 3. r) Lechfeldt A 1; lecfel B 4; Lechfleec B 5; lechfled C 2; lechfele C 3. s) agustam C 1. t) Francorum A 1. u) Thuringorum et Saxonum A 1; thuringi B 2; turingi D 3. v) tertium B 4. C 1. D 3. w) pipinus A 1. B 4. D 3. x) veniret A 1. C 3. y) ad — usque desunt D 3. z) trien-tum B 2; triantum B 4. a) Banzanum A 1; banzarum B 4. b) prospicieus A 1. B 4. C 3. D 3; perspiciens B 2. D 1. c) regi A 1. B 4. C 3. d) karolo etiam B 4. e) se in manus A 1. C 3; se manibus B 2. 4. D 1. f) caroli etiam C 2. g) Vassallum A 1. h) pipino A 1. B 4. D 3. i) cognonuit A 1. k) Ab hoc rocalulo post folium amissum rursus incipit B 1. l) XIII. B 1. 2. 4. D 1. 3. m) Teodonem B 5. n) frantiam C 2.

1) Pföring ad Danubium inter urbes Ingolstadt et Regensburg.
2) Trient. 3) Bozen.

tremum de legatis Tassilonis, qui ad se Romaei venerant,
 mentio facta fuisse, iniit consilium, ut experiretur,
 quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere vellet,
 congregatoque ingenti exercitu atque in tres partes di-
 viso² Baioarium petere constituit. Cumque Pippinum filium
 cum Italicis copiis in Tridentinam vallem venire iussisset,
 *p. 173. orientales quoque Franci ac Saxones, ut iussi fuerant, ad
 Danubium in loco, qui Pferingak vocatur, accessissent, ipse
 cum exercitu, quem secum duxerat, super Lechum¹ fluvium,
 qui Alamannos et Baiores dirimit^m, in Augustae civitatis
 suburbano consedit, inde Baioarium cum tam valida
 manu procul dubio petiturus, nisi Tassilo sibi ac populo
 suo ad regem veniendo consuleret. Nam videns se undique
 circum sessum, venit supplex ac veniam de ante gestis
 sibi dari deprecatusⁿ est. Sed et rex, sicut erat natura
 mitissimus, supplici ac deprecanti pepercit acceptisque ab
 eo praeter filium eius Theodonem^o aliis, quos ipse imperavit,
 duodecim obsidibus et populo terrae per sacramenta firmato
 in Franciam reversus est. Et in suburbano Mogontiacense^p

L' 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

i) rome 3. 6. 7. k) pferinga 3; feringa 5. 7; pheringa 8. l) lethum 2; lechum 8.
 m) diuidit 3. 5. n) precatus 3. 5. o) teodonem 6. p) mogonciacense 2; magon-
 ciacense 3; magontiense 6.

1) *Vita Karoli* 11: copiis undique contractis Baioarium petiturus
 ipse ad Lechum amnem cum magno venit exercitu. Is fluvius Baiores
 ab Alamannis dividit . . . Sed . . ille . . supplex se regi per-
 misit, obsides, qui imperabantur, dedit. 2) *V. infra a. 824*: diviso
 in tres partes exercitu (D.).

788 Mart. 30. Ingilenhaim^o, similiter^p et pascha. Et^q immutavit se numerus annorum in

788.

DCCLXXXVIII. Tunc dominus rex Carolus congregans synodum^a ad iamdictam villam Ingilenhaim^b, ibique veniens Tassilo ex^c iussione domni regis, sicut et ceteri eius vassi^d; et coeperunt^e fideles Baioarii dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, nisi postea fraudulens^f apparuit, postquam filium suum dedit cum aliis obsidibus et sacramenta, suadente uxore sua Liutbergane^g. Quod et Tassilo denegare non potuit, sed confessus est postea ad Avaros^h transmissoⁱ, vassos^k supradicti domni^l regis ad se adortasse^m et in vitam eorum consiliasse; et hominesⁿ suos, quando iurabant, iubebat, ut aliter in mente retinerent et sub dolo iurarent; et quid^o magis, confessus est se dixisse, etiamsi decem^p filios haberet, omnes voluisse perdere, antequam placita sic manerent^q vel stabile permitteret, sicut iuratū habuit; et etiam dixit, melius se mortuum esse quam ita vivere. Et de haec^r omnia conprobatus, Franci et Baioarii, Langobardi et Saxones, vel ex omnibus provinciis^s, qui ad eundem^t synodum^u congregati fuerunt, reminiscentes priorum malorum eius, et quomodo dominum Pippinum^v regem in exercitu^w derelinquens et ibi, quod theodisca^x lingua harislizy dicitur, visi sunt iudicasse^z eundem Tassilonem ad mortem. Sed dum omnes una voce adclamarent^a capitale^b eum ferire^c sententiam^d, iamdictus dominus Carolus piissimus rex motus misericordia ab^e amorem Dei, et quia consanguineus eius erat, contenuit^f ab ipsis Dei ac suis fidelibus, ut non moriretur. Et interrogatus a iamfato clementissimo domno rege praedictus Tassilo, quid agere voluisse; ille

41. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

o) ingelhaim A 1. C 3; engilinheim B 2; ingilemehim B 4; Ingelinham B 5; ingilheim D 3. p) et sim. pascha A 1; et p. sim. B 2. C 1. 2. D 1; nat. dom. et pascha in B 5. C 3. q) et immut. se annus. A 1; anno domini C 3.

788. a) sinodum B 1. 2. D 1. 3. b) ingelhaim A 1. C 3; ingilenheim D 2; ingilheim D 3. c) ex — tassilo desunt B 1. d) Vasalli A 1; uassalli C 3. e) ceperunt C 3. D 3. f) fraudulans A 1; fraudolens B 1. C. g) Luitburge A 1; liutberga B 2; Leutbergane B 5; liutberganę C 3; liutbergane D 3. h) Auares A 1. i) transiuisse A 1; transmississe B 1. D 1. k) Vasallos A 1. l) domno rege B 1. m) fortasse A 1; adhortasse B 4; cohortando C 3; hortasse D 3. n) hominis B 1. o) quod A 1; q. m. desunt C 3. p) sex C 3. q) manarent C 1. 2. r) de omnibus A 1; de his omnibus D 1. s) prouintiis C 2. D 1. t) eandem A 1. B 4. D 3. u) sinodum B 1. D 1. 3. v) pipinum A 1. B 4. C 3. w) exercitum B 4. C 3. D 1. x) thedisca B 4. y) Harislig A 1; haristalliz B 1; harislit B 4; herisliz D 3. z) indicasse se B 1. a) acclamarent A 1. B 4. C 3. b) capitali A 1. D 1; capitalem C 3. D 3; capitalem sent. proclamarent B 2. c) feriendum A 1. d) sententia A 1. D 1. e) ad A 1; ob C. D. f) obtinuit A 1. B 2. 4. D; optinuit C 3.

in villa, quae vocatur Ingilunheim^q, quia ibi hiemaverat, et natalem Domini et pascha celebravit.

788.

DCCLXXXVIII. Cum in eadem villa generalem populi sui rex conventum fieri decrevisset ac Tassilonem ducem sicut et ceteros^a vassos suos in eodem conventu adesse iussisset atque ille, ut ei fuerat imperatum, ad regis praesentiam pervenisset, crimine maiestatis¹ a Baioariis accusatus est. Obiciebant ei, quod, postquam filium suum obsidem regi dederat, suadente coniuge sua Liutherga^b, quae² filia Desiderii regis Langobardorum^c fuit et post patris exilium Francis inimicissima semper extitit, in adversitatem regis, et ut bellum contrad^d Francos susciperent, Hunorum gentem concitaret. Quod verum fuisse rerum in eodem anno gestarum probavit eventus. Obiciebantur ei et alia complura et dicta et facta, quae non nisi ab inimico et irato vel fieri vel proferri poterant; quorum ne unum quidem infitiarie coepit^e, sed noxaeg convictus³ uno omnium adsensu ut^h maiestatis reus⁴ capitali sententia damnatusⁱ est. Sed clementia regis licet morti addic-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

q) ingilumheim 2; ingilunheim 3 (*non* 5); ingillinheim 6; ingulenheim 8.
 788. a) caeteros 1. 3. 6. b) sualiberga *e corr.* (*erasis litteris ut*) 1; liuthburga 3 (*non* 5); leutberga 8. c) longob. 6. 7. d) c. Fr. *desunt* 6. e) inficiari 2. 3. 6. 7. f) cepit 2. 3. 6; cepit 7. g) noxię 3; noxie *corr.* noxe 7. h) deest 6. 7. i) dampn. 3. 6. 7.

1) Cf. Tac. Ann. I, 74. II, 50. III, 44 (M.). 2) Vita Karoli 11: qui hortatu uxoris, quae filia Desiderii regis erat ac patris exilium per maritum ulcisci posse putabat, iuncto foedere cum Hunis . . . bello regem provocare temptabat. 3) Ann. Ful. 788: multis periuris et infidelitatibus convictus deponitur. 4) Cf. infra a. 801: ut mai. rei, et 820: Cuinque ut reus maiestatis capitali sententia damnaretur (D.).

vero postolavit^g, ut licentiam haberet sibi tonsorandi et in monasterio^h introeundi et pro tantis peccatis paenitentiamⁱ agendi et ut suam salvaret animam. Similiter et filius eius Theodo deiudicatus^k est et tonsoratus et in monasterio^l missus, et pauci Baioarii, qui in adversitate domni regis Caroli^m perdurare voluerantⁿ, missi sunt in exilio^o.

Eodem^p que^p anno commissum est bellum¹ inter Grecos et Langobardos^q, id est duce Spolitino^r nomine Hildebrando seu duce Grimaldo^s, quem dominus rex^{* p. 174.} Carolus^t posuit ducem super Beneventanos²; et fuit missus Wineghisus^u una cum paucis Francis, ut praevideret eorum omnia, quae gessissent. Et auxiliante Domino victoria est facta a Francis seu supranominatis Langobardis. Idem^v similiter et alia pugna commissa est inter Avaros in^w loco, cuius vocabulum est^x , et Francis^y, qui in Italia^z commanere^a videntur; opulante Domino victoriā obtinuerunt^b Franci^c, et Avari cum contumelia reversi sunt, fuga lapsi sine^d victoria. Tertia pugna commissa est inter Baioarios et Avaros in campo Ibōse^e.³, et fuerunt ibi missi domni regis Caroli Grahamannus^f et Audacrus^g cum aliquibus Francis; Domino auxiliante victoria fuit Francorum^h seu Baioariorum. Et ista omnia supradictus dux Tassilo seu malivola uxor eius, Liutbergaⁱ Deo odibilis^k, per fraudem consiliaverunt. Quarta pugna fuit commissa ab Avaris, qui voluerunt vindictam peragere contra Baioarios. Ibi similiter fuerunt missi domni regis Caroli, et Domino protegente victoria christianorum aderat. Avari fugam

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

g) postulauit A 1. B 4. C 3. D 3. h) monasterium A 1. B 2. 4. C. D 3. i) paenitentiam A 1. B 1; penitentiam C 2. 3. D 3. k) deiudicatus A 1. B 4. C 3. D 1. l) monasterium A 1. B 2. 4. D 3. m) Car. Regis A 1; car. etiam C 2; deest C 3. n) ita B 1; perdurauerunt A 1; nolebant B 4. C. D. o) exilium A 1. D 3. p) Eodem quoque A 1. C 3. q) Longobardorum B 5; longabardos D 3. r) Spoletano A 1. B 5; de spoleto B 2; spolitano B 1. C 2. 3. s) grimoaldo B 1; (Grimaldo B 5. t) Car. Rex A 1. u) VVinegisus A 1; deest B 1; et uninegiso B 2; uninechisus B 4; Winighis B 5; misitque uninegysum C 3; unneghisus D 3. v) deest A 1. B 5. D 1; id est B 1. C 1. 2; per idem tempus B 2; item C 3. D 3. w) in loco desunt B 1. x) deest A 1. y) Frauci A 1; frances B 2. C 3. z) taliam B 4. a) commanere B 4. C 1. b) optimuerunt B 2. C 2. 3. c) deest A 1. d) sine vict. desunt C 3. e) in c. Ib. desunt A 1; ibore B 1; ibose B 1; ibosae C. f) grammannus D 3. g) Audacerns A 1; andacerus B 1; odaeर B 2; audacerns C 3; audracens D 3. h) Francorum — supradictus desunt A 1. i) Luitberga A 1; liudberga C 3. k) odibili A 1.

1) In Calabria; cf. Abel-Simson 632—634. 2) Aregiso et filio eius maiore Romualdo a. 787. mortuis; cf. Abel-Simson 604 sqq. 630 sqq. 3) Ips.

tum liberare curavit; nam mutato habitu in monasterium missus est, ubi tam religiose vixit, quam libenter intravit. Similiter et Theodok filius eius tonsus et monasticae conversationi mancipatus¹ est; Baioarii quoque, qui perfidiae ac fraudis eorum consciit et consentanei fuisse reperti sunt², exilio per diversa loca religantur.

Huni³ vero, sicut Tassiloni promiserunt, duobus exercitibus comparatis uno marcam⁴ Foroiuliensem, altero * p. 175. Baioariam adgressin sunt, sed frustra; nam in utroque loco victi fugatique sunt et multis suorum amissis⁵ cum magno damno⁶ ad loca sua se receperunt. Quam iniuriam velut vindicaturi iterum⁷ Baioariam maioribus copiis petierunt, sed in prima congressione⁸ pulsi a Baioariis et innumera multitudo⁹ eorum caesa, multi etiam ex eis, qui per fugam evadere conati Danubium tranare voluerunt, gurgitibus fluminis absorbi sunt¹⁰.

Interea Constantinus imperator propter negatam sibi regis filiam iratus¹¹ Theodorum¹² patricium Siciliae praefectum cum aliis ducibus suis fines Beneventanorum vastare iussit. Qui cum imperata exsequerentur¹³, Grimoldus, qui eodem anno post mortem patris dux Beneventanis a rege datus est, et Hildibrandus¹⁴ dux Spolitanorum¹⁵ cum copiis, quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habentes secum legatum regis Winigisum¹⁶, qui postea¹⁷ in ducatu Spolitino¹⁸ Hildibrando¹⁹ successit. Commissaque proelio²⁰ inmodicam ex eis multitudinem ceciderunt²¹ ac sine suo suorumque gravi dispendio videntes facti magnum captivorum ac spoliorum numerum in sua castra retulerunt.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

k) teodo 6. l) fuisse perhibentur 3. m) Huni — frustra desunt 2. n) aggr. 3. 6. 7.
o) dampno 3. 5. 6. 7. p) bai. iterum 3. 5. q) eorum multitudine 3. (non 5.) 6. 7.
r) teodorum 6. s) exequ. 2. 6. 7. t) hildebr. 2. 3. u) spolitanorum 3. 5. 7;
spoliti rector 8. v) uinmigisum 7. w) spolitano 3. 5. 7. x) plio 1. 3. 6. 7;
praelio 2. y) ciciderunt 3. 5.

1) Cf. *infra* a. 822: monasticae conversationi se mancipavit (*D.*).
2) *Ann. Ful.* (= *Sith.*) 788: Avares in marcha (marca *Sith.*) Baioariae atque Italiae . . . victi atque fugati sunt. 3) *V. infra* a. 807: et multis suorum amissis . . . victique ac fugati sunt . . . quorum aliqui . . . in sua loca reversi sunt (*D.*). 4) *Eadem verba occurrunt in*

*a. 798. et 819 (D.). 5) Liv. XXI. 56: cum alibi evadere nequissent . . . gurgitibus absumpti sunt (*M.*). 6) Cf. *supra* a. 786. 7) *Ante a. 799; v. infra.* 8) *A. Ful.* (= *Sith.*) 788: Grecorum exercitus . . . proelio superatur.*

incipientes, multa stragia¹ ibidem facta est occidendo,
et alii^m in Danubio fluvio vitam necando emiserunt^{n·1}.

Post haec omnia dominus rex Carolus^o per semet ipsum ad Reganesburg^p pervenit et ibi fines vel marcas Baioariorum dispositus, quomodo salvas^q Domino protegente contra iamdictos Avaros esse potuissent. Inde vero reversus celebravit natalem Domini in Aquis pa-
^{789 Apr. 19.} latio, pascha^r similiter. Et^s inmutavit se numerus annorum in

789.

DCCLXXXVIII.* Inde iter permotum partibus Sclavaniae^t, quorum vocabulum est Wilze^{b·2}, Domino adiuvante; et^e una cum consilio Francorum et Saxonum perrexit Renum^d ad Coloniam transiens per Saxoniam, usque ad Albiam^e fluvium venit ibique duos pontes construxit, quorum uno ex utroque capite castellum ex ligno et terra aedificavit. Exinde promotus in ante, Domino largiente supradictos Sclavos sub suo dominio conlocavit^f. Et fuerunt cum eo in eodem exercitu Franci, Saxones^g; Frisiones^h autem navigio per Habola^{i·3} flumen cum quibusdam Francis ad eum coniunixerunt. Fuerunt etiam Sclavi cum eo, quorum vocabula sunt Suurbi^{k·4}, nec non et Abotriti^l, quorum princeps fuit

*) Hoc vero anno, ut computatum est, depositio fuit Tilpini
^{Sept. 2.} episcopi III. Non. Septembr. add. C 3.

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

1) strages A 1. B 4. C 3. D 1; stragis D 3. m) alias in D. flumine submerserunt A 1.
n) Desinente codice Laureshamensi A 1 (*Canisius*) abhinc Annalium Laureshamensis continuationem sequitur usque ad a. 793; amiserrunt B.
o) karolus D 1. 3. p) reganesburg B 2; Ragnisburg B 5; raganelburg C 2; regnesburg C 3; reginesburg D 1; regansburg D 3. q) saluum B 1. r) et pascha B 1. 2. 4. 5;
domini et pascha in aqu. pal. C 3. s) anno domini (*omissis*). Et — in) C 3.

789. a) selauiniae B 5. D 1. b) uilzte B 1; uilzi B 2. D 2; uilzae C 3.
c) deest B 1. C 3. d) hrenum C 1. 2; rhenum C 3. D 1. e) albin D 2. f) collo-
cauit C 3. D 1. 3. g) et saxones B 2. C 3. h) fresones B 2. D 2; frisones C 1. 2;
Fresiones C 3. i) labola B 4; abola C 2. 3. k) surbi B 2; subarbi B 4; sorabos D 2.
l) abotridi B 2; abotrii C 2; abodriti C 3; abodritos D 2; abotrici D 3.

1) *Hactenus fere annales uno tenore scripti videntur esse, abhinc quotannis continuati.* 2) Wilzi (*i. e.* Wlt-izi) sive Welatabi (*Wlat-abi*) a radice wlt sive wlat (= dominari, cf. polon. *władać* = *thiid.* walten) dicti videntur esse. Quod nomen omnes, qui inter Abodritos et Sorabos incolebant, Sclaros complexum saeculo decimo, ut videtur, subrepente alia radice lud (= populus, conf. sorab. *liud* = *thiid.* leute) in Liutizi commutatum est; cf. C. Zeuss, ‘Die Deutschen und ihre Nachbarstämme’, p. 655.
3) Havel. 4) Sorben.

Rex autem in Baioariam profectus eandem provinciam cum suis terminis ordinavit atque dispositus; atque inde regressus in Aquisgrani palatio suo, ubi hiemaverat, et diem Domini natalicium sanctumque pascha more solemniz celebravit.

789.

DCCLXXXVIII. Natio¹ quaedam Sclavenorum a est in Germania, sedens super litus oceanii, quae propria lingua Welatabi^b, francica^c autem Wiltzi^d vocatur. Ea Francis semper inimica et vicinos suos, qui Francis vel subiecti vel foederati erant, odiis insectari belloque premere ac lassire solebat. Cuius insolentiam rex longius sibi non ferendam ratus bello eam ad gredif statuit comparatoque ingenti exercitu Rhenum^e apud Coloniam traiecit. Inde per Saxoniam iter agens, cum ad Albiam pervenisset, castris in ripa positis amnem duobus^f pontibus iunxit, quorum unum ex utroque capite vallo munivit et inposito praesidio firmavit^g. Ipse fluvio transito, quo constituerat, exercitum duxit ingressusque Wiltzorum^h terram cuncta ferro et igniⁱ vastari iussit. Sed gens illa, quamvis bellicosa et^k in sua numerositate confidens, impetum exercitus regii diu sustinere non valuit^l ac proinde, cum primum civitatem Dragawiti ventum est, — nam is ceteris¹ Wiltzorum^h regulis et nobilitate generis et auctoritate senectutis

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

z) sollempni 6. 7.

789. a) sclanorum 6. 7; slanorum 8. b) uetalabi 7. c) franciaca 6. d) uilzi 3; uilci 5; uiltzi 7; multi 8. e) felder. 2. 6; fed. 3. 7. f) aggr. 3. 6. 7. g) lrenum 3; rennum 5. 6. h) uultzorum 2; uilzorum 3; uilitorum 8. i) igne 3. k) deest 3. 5. l) caeteris 1. 3.

1) *Vita Karoli* 12: Sclavis, qui nostra consuetudine Wilzi, proprius vero . . . Welatabi dicuntur, bellum inlatum est. . . Causa belli erat, quod Abodritos, qui cum Francis olim foederati erant, assidia incursione lacescebant. . . Sinus quidam ab occidentali oceano orientem versus porrigitur. . . Hunc multae circumsedent nationes. . . At litus australe Sclavi . . . incolunt. 2) *Ann. Fuld.* 789: Constructis duobus pontibus, quorum alterum . . . munivit, transito ilumine Selavorum, qui vocantur Wilzi, terram ingressus eos . . . dicioni suae subiugavit. 3) *Liv. XXI*, 57: opere magno munitum et valido firmatum praesidio (*M.*). 4) *Cf. Caes. de b. Gall. I*, 26: diutius cum sustinere nostrorum impetum non possent (*M.*).

Witzan^m. Ibique¹ obsides receptos, sacramenta conplurimaⁿ, Domino perducente Franciam^o pervenit.

^{790 Apr. 11.} Et celebravit natalem Domini in Wormatia^p, pascha^q similiter. Et^r immutavit se numerus annorum in

*790.

* p. 176.

DCCXC. In sequenti vero anno nullum fecit iter, sed ibi in iamdicta civitate iterum natalem Domini celebavit, pascha^a similiter. Et inmutavit^b se numerus annorum^c in

^{791 Mart. 27.}

791.

DCCXCI.^a Inde autem itinere permoto partibus Baioariae^b perrexit, ad Reganesburg^c pervenit, ibi exer-

B1. (2.) 4. (5.) C1. 2. 3. D1. (2.) 3.

m) uizau B4; uintzan D1. n) quam plurima B1. C3. o) frantiam B2. C2. p) uormacia B1; uarmatiam B1; ad VVrmatiam B5; urmatia C2. D1. q) et pascha B1. 2. 4; nat. dom. et pascha ad Vurm. B5; nat. d. et p. in uorm. C3. r) anno domini (omissis Et — in) C3.

790. a) pascha sim. desunt B1; et p. sim. B2. 4; nat. dom. et p. cel. B5. C3. b) immutatus est num. C3; mutavit D3. c) ann. in desunt D3.

791. a) Hoc loco incipit B3. b) baioariorum B2; bagoarie B3. c) reganaeburg B2; Ragnisburg B5; renesburg B3; regnesburg C2. D1; reganesbug D3.

1) Usque ad fluvium Pecone eum progressum esse, Ann. Laurensium recensione altera (Annal. Fragm. Chesnii, SS. I, 34) memoriae proditur.

longe^m praeminebat, — extemplonⁿ cum omnibus suis ad regem de civitate processit, obsides, qui imperabantur, dedit, fidem se regi ac Francis servaturum iure iurando promisit. Quem ceteri^o Sclavorum primores ac reguli secuti^o omnes se regis dicioni^p subdiderunt. Tum ille subacto illo populo et obsidibus, quos dare iusserat, acceptis eadem via, qua venerat, ad Albim^q regressus est et exercitu per pontem reducto, rebus quoque ad Saxones pertinentibus secundum tempus dispositis in Franciam reversus est et in Wormacia civitate et natalem Domini et pascha celebravit.

*790.

DCCXC. Hoc anno nullum iter exercitale a rege factum; sed in Wormacia^a residens legatos Hunorum et audivit et suos vicissim ad eorum principes misit. Agebatur inter eos de confiniis^b regnorum suorum, quibus in locis esse deberent. Haec contentio atque altercatio belli, quod postea cum Hunis gestum est, seminarium et origo fuit. Rex autem, ne quasi per otium^c torpere² ac tempus terere^{d. 3} videretur, per Moenum^e fluvium ad Saltz^{f. 4} palatum suum in Germania iuxta Salam fluvium constructum navigavit atque inde iterum per eundem amnem secunda aqua⁵ Wormaciang^g reversus est. Cumque ibi hiemaret, ipsum^h palatum, in quo conversabatur, casu accidente nocturno⁷ incendio concrematum est. Ibi tamen permanens et natalem Domini et pascha more solemnii^h celebravit.

791.

DCCXCI. Transacta verni temperie circa aestatis initium rex de Wormacia^a movens^b Baioariam profectus

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

m) *deest* 3. 5. n) *exemplo* 1; *extemplo* 3. 5. 6; *eximlio* 7. o) *deest* 1. 2. 7; *omnes sequentes* 6. p) *ditioni* 2. 3. 6. q) *albiam* 3. 5.

790. a) *uuormatiae* 8. b) *de conf. inter eos* 3. 5. c) *ocium* 3. 6. 7. d) *terre* 3. 5. e) *mennum* 7; *moinum* 8. f) *salz* 3; *salzt* 7; *salt* 8. g) *uuormatiam* 3. 5. 7. 8. h) *sollemni* 2; *sollempni* 3. 6. 7.

791. a) *uuormatia* 3. (*non 5.*) 7. b) *se mouens* 6. 7.

1) *V. supra* 774 (M.). 2) Cf. *V. Kar.* 19: ne per otium torperent (D.). 3) *Tempus terere locutio apud Livium saepe usitata* (I, 57, XXI, 11. 48. 53. XXII, 25. 45) (M.). 4) *Salz prope Neustadt ad Salam Francicam.* 5) *Eadem verba infra in a. 791. 819. 826 (M.).* 6) *Ann. Fuld.* 791: *Palatum Wormaciense incendio consumptum est.* 7) Cf. *Corn. Nep. Milt.* 7: *nescio quo casu nocturno tempore incensus est* (M.).

citum suum coniunxit. Ibique consilio peracto Francorum^d, Saxonum, Frisonum, disposuerunt propter nimiam malitiam et intollerabilem^e, quam^f fecerunt Avari contra sanctam ecclesiam^g vel populum christianum, unde iusticias^h per missos impetrareⁱ non valuerunt, iter peragendi; cum Dei adiutorio partibus iamdictis Avarorum perrexerunt. Ad Anisam^{k·1} vero fluvium properantes (Sept. 5—7). ibi constituerunt laetanias^l faciendi per triduo^m missa rumque sollemniaⁿ celebrandi^o; Dei solatium postulave runt^p pro salute exercitus et adiutorio domini nostri^q Iesu Christi et pro victoria et vindicta super Avaros. Supradictus vero princeps de australi parte Danubio^r iter peragens, Saxones autem cum quibusdam Francis et maxime plurima Frisonum^s de aquilonale^t parte Danubii similiter iter peragentes^{u·2}, ubi ad loca^v pervenerunt, ubi iamdicti Avari^w firmitates habuerunt praeparatas: de australi vero parte Danubii ad Cumeoberg^{x·3}, de alia vero ripa in loco, qui dicitur Camp^y, quia sic nominatur ille fluvius^t, qui ibi confluit in Danubio^{z·5}. Avari^a enim cum vidissent utrasque ripas exercitum continententes et^b navigia per medium fluvium venientes, a Domino eis terror pervenit: dereliquerunt eorum loca munita, quae^c supra nominata sunt, firmitatesque eorum vel machinationes dimiserunt fuga lapsi; Christo perducente populo suo utrosque exercitus sine^d laesione^e introduxit. Supradictus^f exercitus sic iter peragens^g usque ad fluvium, cuius^h vocabulum est Rabaⁱ; et exinde uterque exercitus de ambobus^j ripis ad propria reversi sunt, magnificantes Deum de tanta victoria.

B 1. (2.) 3. 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

- d) cum francis, saxonibus; fresionibus C 3. e) intolerabilem B 2. 3. 4. C 3. D 1. 3.
 f) quem B 3. g) aeclesiam B 4. C 3. D 3. h) iusticias B 1. D 3. i) inp. per missos C 1. 2. k) enisam D 3. l) letanias B 1. 3; cum letaniis B 2. m) triduum ieiuminum B 2; per triduum C 3. D 1; triduo D 2. n) sollempnia B 2. C 3; sollemnia B 4; solemnia D 1. o) celebrando B 4; celebrantes C; celebrandio D 3. p) postolauerunt C 1. 2; postolauerunt D 3. q) n. I. Chr. desunt C 3. r) danubii B 2. D 2; per danubium C 3. s) frixonum B 1. 3; fresonum B 2; frixorum B 4; fresonium C 3. t) aquilonali B 2. C 3; aquiloni B 3; aquilone D 1. 3. u) peragens B 1. D 3; pergentes B 2. v) locum B 4; loco C 3. w) auare B 3. x) cuumberg B 2; cuumneoberg B 4; Comisberg B 5; cumniberg D 2. y) campus B 3. C; campo D 3. z) danubium B 2. D 3. a) alteri B 1. b) et — uenientes desunt B 4. c) que B 4. C 2; quae — sunt desunt C 3. d) sine — exercitus desunt B 4. e) lesione B 1. 2. 3. C 3. f) suprascriptus C 1. 2. g) peragens B 4. C 2. D 3; perageus corr. peragentes B 3. C 1; peregerunt C 3. h) cui B. D 3. i) ambabus B 4. C 3. D 1.

1) Enns. *De hac expeditione cf. Simson, 'Jahrbücher' II, 16—25.*

2) Haec divisio iam inde a Regensburg facta esse videtur; Simson p. 17.

3) Wiener Wald; Simson p. 23. 4) Cui etiamnunc nomen est Kamp.

5) Infra Krems. 6) Raab.

est, ea meditatione^c, ut Hunis¹ factorum suorum vicem redderet et eis, quanto celerius posset, bellum inferret. Comparatis igitur ad hoc ex omni regno suo quam validissimis copiis et commeatibus congregatis bipertito^d exercitu iter agere coepit^e. Cuius partem Theoderico^f comiti et Meginfrido^g camerario suo committens eos per^h aquilonalem Danubii ripam iter agere iussit. Ipse cum aliaⁱ parte, quam secum retinuit, australem eiusdem fluminis ripam Pannionam petiturus occupavit, Baioariis cum commeatibus exercitus, qui navibus devehebantur^j, per Danubium secunda aqua descendere iussis. Ac sic inchoato itinere prima castra super Anesum posita sunt; nam is fluvius inter Baioriorum atque Hunorum terminos medius currens certus duorum regnorum limes^k habebatur. Ibi supplicatio^l per triduum facta, ut id bellum prosperos ac felices^m haberet eventus; tum demum castra mota, et bellum genti Hunorumⁿ a Francis indictum est. Pulsis igitur Hunorum praesidiis ac destructis munitionibus, quarum una super Cambum fluvium, altera iuxta Comagenos^o civitatem in monte Cumeoberg^p vallo firmissimo erat exstructa, ferro et ignin cuncta vastantur. Cumque rex cum eo, quem ducebat, exercitu usque ad Arrabonis fluenta venisset, transmisso eodem fluvio per ripam eius usque ad locum, in quo is Danubio miscetur, accessit ibique per aliquot dies stativis habitis^q per Sabariam^r reverti statuit. Alias vero copias, quibus Theodericum^s et Meginfridum praefercerat, per Beehaimos via, qua venerant, reverti praecepit. Sic peragrata ac devastata magna parte Pannoniae cum incolomi exercitu Francorum^t in Baioariam se recepit. Saxones autem et Frisiones cum Theoderico^u et Meginfrido per Beehaimos, ut iussum erat, domum regressi sunt. Facta est^v haec

E 1, 2, 3, (4, 5,) 6, 7, (8.)

c) conditione 6, 7. d) bipertitu corr.-to 1; bipertitu 2. e) cepit 2, 3, 6; cepit 7.
f) theodorico 1; teoderico 6; theodrico 8. g) magenfrido 8. h) deest 3. i) deue-
bantur 1, 2. k) honorum 1. l) camag. 7. m) cumberg 8. n) igne 3.
o) sabaniani 1. p) theodoricum 1; teodericum 6. q) theoricho 1; teoderico 6.
r) autem est 2; est autem 3, 5.

1) *Ann. Fuld.* 791: propter . . caedes, quas Huni exercuerunt.
2) *Ann. Fuld.*: Ipse . . ex australi parte Danubii . . Fresonibus vero et, qui cum ipsis deputati sunt, naval i evasione per alveum euntibus . . Hunis perterritis . . omnes eorum regiones usque ad Raba fluvium ferro et igni devastat. 3) *Cf. V. Kar.* 7: certo limite (D.). 4) *Cf. Liv. XXII*, 1: uti supplicatio per triduum haberetur (D.). 5) *Cf. V. supra a. 784 (M.).* 6) *V. supra a. 779 (M.).* 7) *Sarvar in comitatu Eisenburgensi.* 8) *V. infra a. 827:* cum incolomi exercitu . . se . . reciperet (D.).

Et celebravit^k dominus rex Carolus^l natalem Do-
 792 Apr. 15. mini in Reganesburg^m, paschaⁿ similiter. Et^o inmutavit
 se numerus annorum in

792.

* p. 178.

Apr. 15. DCCXCII. Natalem^a Domini et pascha in Re-
 ganesburg. Heresis^b Feliciana primo ibi condempnata^c
 est; quem^{d. 1} Angilbertus^{e. 2} ad praesentiam Adriani^f
 apostolici adduxit, et confessione facta suam heresi^g
 iterum abdicavit.*

V. K. 20
 et A. Sith.

*) In recensione D et in codice B 3 g haec adduntur: Coniu-
 ratio^h contra regem a filio eius Pippinoⁱ facta, detecta
 et compressa est.

B 1. (2.) 3, 4, (5.) C 1, 2, 3, D 1, (2.) 3.

k) Post hoc vocabulum unum folium deest in codice B 1. l) karolus B 4 C 2, 3;
 deest D; rex postponitur C 1, 2. m) reganashburgh B 2; Ragnisburg B 5; regnesb^g C 3;
 reginesburg D 1; regansburg D 3. n) et pascha B 2, 4, 5. o) Emuntavit C 1; anno
 domini nostri iesu christi C 3; et mutauit D 3.

792. a) Natalem — Reganesburg desuit B 2, 3, C 3, D; Natale Domini et pascha
 ibidein celebrata B 5. b) Hic peruenit heresis feliciana primitus auditia et in regnes-
 burg primo cond. est C 3. c) condemnata B 3, 5. C 1, D 3; dampnata B 4. d) quem
 felicem B 2; quam C 3, D 1, 3. e) engilbertus B 2; angilbertus B 3, D 1; engel-
 bertus C 3; angilbertus D 3. f) hadriani B 3, C 1, 2. g) Ibi hoc ordine: Coniur. — est.
 Heresis — abdicavit. Eoden etc. h) pipinno D 1.

1) Scil. Felicem. 2) Abbas S. Richarpii. 3) Vita Karoli 20: Erat
 ei filius nomine Pippinus . . . Is . . . adversus patrem coniuravit. Quem
 post fraudem . . . vacare permisit. Inde Ann. Sith. 792: Conspiratio
 Pippini contra patrem facta. Conf. ibid. 785: Coniuratio . . . exorta
 et cito compressa.

expeditio sine omni rerum incommodo, praeter quod in^s illo, quem rex ducebat, exercitu tanta^t equorum lues exorta est, ut vix decima pars de tot milibus equorum remansisse dicatur. Ipse autem cum dimissis copiis Reginum civitatem, quae nunc Reganèsburg vocatur, venisset et in ea hiematurus consedisset, ibi natalem Domini et pascha celebravit.

*792.

* p. 179.
DCCXCII. Orgellis^{a. 1} est civitas in Pyrinei^b montis iugo² sita, cuius episcopus nomine Felix, natione Hispanus, ab Elipando^c Toleti episcopo per litteras consultus, quid de humanitate salvatoris dei et domini nostri Iesu Christi sentire deberet, utrum secundum id, quod homo est, proprius an adoptivus Dei filius credendus esset ac dicendus, valde incaute atque inconsiderate et contra antiquam catholicae ecclesiae doctrinam adoptivum non solum pronuntiavit, sed etiam scriptis ad memoratum episcopum libris, quanta potuit pertinacia^d, pravitate intentionis suae defendere curavit. Huius rei causa ductus ad palatium regis, — nam is tunc apud^e Reginum Baioariae civitatem, in qua hiemaverat, residebat, — ubi congregato episcoporum concilio auditus est et errasse convictus; ad praesentiam Adriani pontificis Romam missus ibi etiam coram ipso^e in basilica beati Petri apostoli heresim^f suam damnavit^g atque abdicavit. Quo facto ad civitatem suam reversus est.

Rege vero ibidem aestatem^h agente facta est contra illum coniuratio a filio suo maiore, nomine Pippino, et quibusdamⁱ Francis, qui se crudelitatem Fastradae reginae ferre non posse ad severabant^h atque ideo in necem regis^j conspiraverant. Quae cum per Fardulfum Langobardumⁱ de-

E 1, 2, 3. (4. 5.) 6, 7. (8.)

s) deest 3 (*non* 5.). t) tanto 3. 5.

792. a) Argellis 7. b) pirinei 1, 5, 6, 7; pirenei 2, 3; pyrenaei 8. c) helipando 8. d) pertinacia 3, 6, 7. e) deest 6, 7. f) heresem 1, 2. g) dampn. 3, 6, 7. h) asseu. 3 (*non* 5). 6, 7. i) longob. 6, 7.

1) *Urgel.* 2) Cf. V. Karoli 9: in ipso Pyrinei iugo, et 15: totumque Pyrinei montis iugum. 3) Ann. Fuld. 792: Haeresis Feliciana ipso auctore eam abnegante apud Reganesburg primum damnata est: qui etiam . . adductus denuo eam damnavit. 4) *Hoc discrepat a V. Karoli* 20: cum pater . . hiemaret. 5) V. Kar. 20: Is . . cum quibusdam e primoribus Francorum, qui eum . . inlexerant, adversus patrem coniuravit. . . Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas causa et origo extitisse creditur; et idcirco . . contra regem conspiratum est. 6) Cf. Iust. XVI, 5: in necem tyrami conspirant (*M.*).

793 Apr. 7.

Eodem anno nullum¹ iter exercitale factum est.
 Pons super navigia flumina transeuntia factus est, an-
 choris et funibus ita coherens, ut iungi et dissolvi possit.
 Ibiⁱ natalem Domini, ibi^k pascha celebratum est^l.
 Et inmutavit se^m numerus annorumⁿ in

793.

DCCXCIII. Rex autumnali tempore de Reganes-
 burg^a iter navigio faciens^b usque ad fossatum magnum
 inter Alcmana^{c·2} et Radantia^{d·3} pervenit, ibique missi

B(2.) 3. 4. (5.) C1. 2. 3. D1. (2). 3.

i) et celebrauit dominus rex D. k) domini et pascha B5. C3; ibi similiter pascha D.
 l) celebrauit B2. 4. 5; celebrauit karolus rex C3. m) se num. ann. desunt D1.
 n) ann. domini C3.

793. a) reganasburgh B2; ragenisburg B4; Ragnisburg B5; ragenesburg C1. 2;
 regnesburg C3; ragnesburg D1; regansburg D3. b) fatiens C2. D3. c) alemonia
 B2; Alemania B5; alamana C2; alcmonam D2; alimanna corr. alemanna D3.
 d) radenza B2; Radentia B5; radanca C1; radantiam D2.

1) *Scilicet ab ipso rege; cf. Simson p. 37 et 52.* 2) *Altmühl.*
 3) *Rednitz sive Rezat; Simson p. 55.*

tecta fuisset, ipse ob meritum fidei servatae monasterio sancti Dionysiiⁱ donatus est, auctores¹ vero coniurationis ut rei maiestatis² partim gladio caesi, partim patibulis suspensi ob meditatum scelus tali morte multati sunt.

Rex³ autem propter bellum cum Hunis susceptum in Baioaria sedens pontem⁴ navalem, quo in Danubio ad id bellum uteretur, aedificavit ibique natalem Domini et sanctum pascha celebravit.

793.

DCCXCIII. Cum rex bellum a se inchoatum confidere cuperet et Pannoniam iterum petere disposuisset, allatum est copias, quas Theodericus^a comes per Frisiam ducebatur, in pago Hriustri^b iuxta Wisuram fluvium a Saxonibus esse interceptas atque deletas. Cuius rei nuntio accepto magnitudinem damni dissimulans iter in Pannionam interimisit.

o) ermeng. C 3. p) coniunx D 1. 3. E 3. 6. q) egrot. C. D 3. E 2. 3. 6. 7. r) eclipsis C 3. D 1. s) ratumagnum C 2; rotomagum C 3. t) ambiones D 1. u) camercacum E 1. 2. 9. v) aquisgr. C 3. E 3. 7. w) hiemandum E 6. 7. x) heristadium D 3; heritallum E 2. y) ferentes C 1. 2. z) borne C. E 7. a) ducis canorum D 3. b) timotianorum C 1. 2. D 3. E 3. 9; timonianorum C 3. c) aliud euuiti C 3; liudeuuiti D 1; liudeuici D 3; liuduuiti E 2; liudeuici E 6; lōdowici E 7. d) calolaum D 1. e) foroiulensis D 1; foroiubensis E 2. f) aquisgr. C 3. E 3. 7.

819. a) aquisgr. C 3. E 3. 7; aquas D 3. b) rant — quem iuxta Dravum fluviu m iter agentem parva manu uno folio exciso omnia desunt C 1.

1) *Huius eclipsis noster reginae morte commonefactus videtur esse, quasi hanc illa praesagiverit.* 2) *Cambray.* 3) *Grimoaldo imperfecto Sico a Beneventanis dux electus erat; Simson 138.* 4) *Orientalium; cf. infra a. 824:* Abodritorum, qui vulgo Praedenecenti vocantur et contermini Bulgariis Daciam Danubio adiacentem incolunt. 5) *6) *Incolarum pagi Gutzisca inter montes, qui Kapella dicuntur, et oram maris siti;* Dümmler 388 n. 3. 7) *Quos a fluvio Timok (in confinio Serbiae et Bulgariae) nomen accepisse consentaneum est.* 8) Cf. Vellei. II, 100, 1: Parthus desciscens a societate Romana (M.). 9) *Intra fluvios Drau et Save;* *infra (a. 822) civitas eius Sisia commemoratur.**

multis criminibus accusarent et ille rationabili defensione obiecta sibi refellere non valeret, exilio condempnatus^c est et regnum Ceadrago^d Thrasconis^e filio datum. Simili modo et Lopus Centulli Wasco, qui cum Berengario^f Tolosae et Warino Arverni^g comite eodem anno proelio conflixit, — in quo et fratrem Garsandum^h singularis amentiae hominem amisit et ipse, nisi sibi fugiendo consuleret, prope interitum fuit, — cum in conspectum imperatoris venisset ac de perfidia, cuius aⁱ memoratis comitibus inmane accusabatur, se purgare non potuisset, et ipse temporali est exilio deportatus^k.

^{819.} Conventus Aquisgrani^l post natalem Domini habitus, in quo multa de statu ecclesiarum^m et monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiamⁿ capitula quaedam pernecessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt. Quo peracto imperator inspectis plerisque nobilium filiabus Huelpi^o comitis filiam nomine ^(Febr.) Judith duxit uxorem.

^{Inl.} Iterumque^p conventus mense Iulio apud Ingilheim^q palatium habitus et^r exercitus de Italia in Pannoniam propter Liudewiti^s rebellionem missus, qui rebus parum prospere gestis infecto pene negotio regressus est. Et Liudewitus^t superbia elatus legatos quasi pacem petendo ad imperatorem misit^u, conditiones quasdam proponens, ad qua^vrum concessionem^w ea, quae iuberentur, *^{p. 206.} se facturum pollicebatur. Quas cum imperator non reciperet^x aliasque ei per suos legatos proponeret, permanendum sibi in inchoata perfidia velut optimum iudicans missis circumquaque legatis vicinas iuxta se gentes ad bellum sollicitare curavit. Timocianorum^y quoque populum, qui dimissa Bulgarorum societate^z ad imperatorum venire ac dicioni^z eius se permittere gestiebat, ne hoc efficeret, ita intercepit^z ac falsis persuasionibus

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

c) condenn. E 1. 9. d) ceadrago D 2. e) trasc. C 3. E 7. 9. f) bermgari C 2; berngario D 3. E; bergario E 2. g) aruernico C 3; arduenni D 1: aruenni E 2. 7. 9. h) garhardum E 3. i) a memor, desunt C 3. k) dep. exilio C. l) aquasgr. E 1. m) accl. C 3. D 3. E 3. 6. n) etiam aut C. o) huueipi C 2; uuelpi C 3. p) Itemque C. q) ingulenh. C 2; ingelah. C 2: ingilenhaim D 1; ingilheim D 3; ingilumh. E 2; ingilinh. E 6; ingilanlh. E 9. r) deesi C. s) leud. C 3; luid. D 1; ludeuvitius D 3; ludeuvici E 6; ludowici E 7. t) luid. D 1; ludeuvicus D 3; ludeunicus E 6; ludowicus E 7. u) confess. D 1. 3. v) acciperet E 6. 7. w) timotian. C 3. D 1. 3. x) sot. C 2. 3. D 3. y) dit. D 3. E 2. 3. 6. z) intercepit C 3. E 3. 6; -coevit D 3.

1) *Unrochi filio*; cf. *Simson* 141, n. 2. 2) *Hos iam ad conventum mense Iulio habitum advenisse* (cf. *Mühlbacher* 671a) *ex his annalibus non sequitur*.

inlexit, ut omissa, quod facere cogitabat, perfidiae illius socius et adiutor existeret.

Exercitu vero de Pannonia reverso C^adolach^a dux Foroiuliensis febre correptus in ipsa marca decessit. Cui cum Baldricus^b esset subrogatus et in Carantanorum^c regionem, quae ad ipsius curam pertinebat, fuissest ingressus, obvium ibi habuit Liudewiti^d exercitum; quem iuxta Dravum¹ fluvium iter agentem parva manu adgressus^e pluribus interfectis et avertit et de illa provincia^f fugavit.

Borna vero dux Dalmatiae^g cum magnis copiis ad Colapium^h.² fluvium Liudewitoⁱ ad se venienti occurrens in prima congressione³ a Guduscanis deseritur; auxilio tamen praetorianorum suorum⁴ protectus evasit. Periit in eo proelio^k Dragamosus^l sacer Liudewiti^m, qui in exordio defectionis relicto genero Bornaeⁿ se coniunxerat. Guduscani domum regressi^o iterum a^p Borna subiguntur. At Liudewitus^q occasionem nanctus^r cum valida manu Decembrio mense Dalmatiam ingressus, ferro et igni cuncta^s devastat. Cui cum Borna se penitus inparem^t consiperet, omnia sua castellis inclusit et ipse cum delecta manu nunc a tergo nunc a latere insistens Liudewiti^u copias et noctu et interdiu, quacumque poterat, laceravit neque eum in sua provincia^v inpune versari permisit; ad extremum gravi damno^w affectum^x regione sua coegity excedere, tribus hominum milibus de exercitu illius interfectis et trecentis vel eo amplius caballis captis praeter sarcinas et spolia diversi generis direpta; quae qualiter gesta fuerint, per legatos suos imperatori nuntiare^z curavit.

At in partibus occiduis⁵ Pippinus^a imperatoris filius

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

a) cadolah D 3. E 1. 2. 6. 7; cadolad E 9. b) haldricus D 1. c) carantorum D 3; cantanorum E 3. d) luduvici D 3; ludeuicie E 6; lōdowici E 7. e) *Ab hoc vocabulo post folium excisum pergit C 1.* f) prouintia C 2. D 3. E 2. 3. 6. 9. g) dalmaciae E 1. h) colampium E 6. 7. i) lieuuito C 3; lud. D 1; liudeuvico D 3; liudeuito E 2; ludeunico E 6; ludouico E 7. k) plio D 1. 3. E 3. 6. 7; prelio E 2. l) dragom. C 3. E 3; dramagodus E 7. m) liudeuvici D 3; ludeuicci E 6; lōdowici E 7. n) borne C. E 2. 7. o) reuersi C 3. Ann. Mett. p) a B. desunt E 1. q) ludeuvicus D 3; Aliud equitus E 1; liudeuicis E 3; liudeuicis E 6; lōdouicis E 7. r) nactus D 3. E 3. 6. 7. s) deest E 1—7. t) imp. D 1. E 3. 6. 7. u) liudeuvici D 3; liudeuuit E 1. 2. 9; ludeuicci E 6; ludouicci E 7. v) prouintia C 2. 3. D 1. 3. E 2. 3. 6. 7. w) dampno D 3. E 3. 6. x) affectum D 1. 3. E 3; affectus E 6. 7. y) cepit E 6; cepit E 7. z) nunciare C 1. E 2. 3. 7. a) pipinus C 3; pipinnus D 1; pippinis D 3.

1) *Drau.* 2) *Kulpa.* 3) *Cf. Iust. IV, 5. XXII, 3. XXXI, 6. XXXVI, 4 (M.).* 4) *I. e. Croatarium; cf. Dümmler l. l.* 5) *Cf. supra a. 809:* At in occiduis partibus dominus Hl. rex cum exercitu Hispaniam ingressus (*D.*).

iussu patris Wasconiam cum exercitu ingressus sublatis ex ea seditiosis totam eam provinciam^b ita pacavit¹, ut nullus in ea rebellis aut inoboediens remansisse videretur.

Harioldus quoque iussu imperatoris ad naves suas per Abodritos reductus in patriam quasi regnum ibi^c accep- turus navigavit. Cui se duo ex filiis Godofridi^d quasi una cum eo regnum habituri sociasse dicuntur, aliis duobus patria expulsis; sed hoc dolo factum putatur².

Imperator conventu dimisso primo Cruciniacum^{e·3}, deinde Bingiam⁴ veniens secunda aqua Confluentem⁵ usque per Rhenum^f navigavit, inde Arduennam^g ve- nandi gratia proficiscitur; venatorio quoque exercitio^h more solemniⁱ ibidem exacto Aquasgrani^k ad hiemandum revertitur.

820.

Ian. DCCCXX. Mense Ianuario conventus ibidem ha- bitus, in quo de Liudewiti^a defectione deliberatum est, ut tres exercitus simul ex tribus partibus ad devastandam eius regionem atque ipsius audaciam^b coercendam mitte- rentur. Borna quoque primo per legatos, deinde ipse veniens, quid sibi facto opus esse videretur, suggestit.

In eo conventu Bera comes Barcinonae⁶, qui iam diu fraudis et infidelitatis a vicinis suis insimulabatur^c, cum accusatore suo equestri pugna configere conatus vincitur. Cumque ut reus maiestatis capitali sententia damnaretur^d, pars sum est ei misericordia imperatoris, et Ratumagum^e exilio deportatus est.

Transacta hieme, ut primum herba pabulum iumentis^f praebere potuit, tres illi exercitus contra Liudewitum^f mittuntur. Quorum unus de Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum^g provinciam^h, tertiusⁱ per

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

b) prouintiam C 2. D 1. 3. E 3. 6. c) ibi — regnum desunt D 3. d) godefr. E 3. 7.
e) crucianacum D 1; crucianacum E 7. f) hrenum C; renum E 3; pernhenum E 9.
g) aduennam D 3. h) excitio C 1; exitio C 2. i) sollempni C 3. D 3. E 3. 6. 7.
k) aquisgr. C 3. E 3. 7.

820. a) quo ludeuvicus D 3; liudeuitti E 2; ludeunici E 6. 7. b) audatiam C. D 3. E 3. 7. c) simulabatur E 6. 7. d) dampn. C 3. D 3. E 2. 3. 6. 7. e) roto- magum C 3; ratumagnum D 3. E 2. f) liudevicum D 3; ludeuicum E 6; ludo- wicum E 7. g) canratan. E 7. h) prouintiam C 1. 2. D 1. E 3. 6. i) tertius C 1. 3. E 1. 3. 6. 7.

1) Cf. *Iust. XXXVIII*, 7: qui totam pacavit Asiam (M.).
2) *Haec opinio falsa erat: v. infra a. 821.* 3) *Kreuznach.*
4) *Bingen.* 5) *Koblenz.* 6) *A. 801. constitutus; cf. Vitae Hludowici c. 13 et 33.* 7) Cf. *Caes. de b. Gall. II*, 2: cum primum pabuli copia esse inciperet (M.).

Baioariam et Pannoniam superiorem intravit: et duo quidem, id est dexter ac sinister, tardius ingressi sunt, eo quod unus Alpium transitu hostium manu resistente prohibebatur, alter et longitudine itineris et Dravo flumine, quod traiciendum erat, impediebatur; medius autem, qui per Carantanos intrabat, quamquam in tribus locis *p. 207. ei resisteretur, feliciore usus fortuna ter hoste superato, Dravo etiam transmisso celerius ad destinata loca per venit. Ccntra haec Liudewitus^k nihil molitus munitione tantum castelli, quod in arduo monte construxerat, se suosque continuit et nec belli nec pacis vel per semet ipsum vel per legatos ullum cum eis sermonem habuisse dicitur. Exercitus vero, postquam in unum convenerunt, totam pene^l regionem ferro et igni devastantes haud^m ullo gravi damnoⁿ accepto domum reversi sunt. Is tamen, qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Dravi fluminis ex locorum et aquarum insalubritate soluti ventris incommodo graviter adfectus^o est, et^p pars eius non modica hoc morbo consumpta est. Hi^q tres exercitus de Saxonia et orientali Francia^r et Alamannia^s, Baioaria^t quoque atque Italia congregati sunt. Quibus domum reversis Carniolenses¹, qui circa Savum fluvium habitant et Foroiuliensibus^u pene contigui sunt, Baldrico^v se dediderunt; idem et pars Carantanorum, quae ad Liudewiti^w partes a nobis defecerat, facere curavit.

Foedus inter nos et Abulaz regem Hispaniae^x constitutum et neutrae parti satis proficuum consulto ruptum bellumque adversus eum susceptum est².

In Italico mari octo naves negotiatorum^y de Sardinia^z ad Italiam revertentium a piratis captae ac di mersae^a sunt: de Nordmannia^b vero tredecim piraticae^c naves egressae primo in Flandrensi^d litore praedari molientes ab his, qui in praesidio erant, repulsae sunt; ubi tamen ab eis propter custodium incuriam aliquot casae viles incensae et parvus pecoris numerus abactus est. In ostio Sequanae similia temptantes resistantibus

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

k) ludeuuicus D 3. E 6; lüdowicus E 7. 1) poene C 1. 2; paene C 3. m) haut C 3. D 3. E 6. 7. n) dampno D 3. E 3. 6. o) aff. C 3. D 2. E 3. 6. 7. p) et — est desunt D 3. q) Hii D 3. E 1. 2. 3. 9. r) frantia C 2. 3. D 3. s) alimannia E 1. t) baioria D 3. u) foroiulens. C 3; foro niliens. D 3. v) baldorico C 3. w) liudeunici D 3; leudeuuiti E 2; ludeuuici E 6; ludovvici E 7. x) hyspanie E 7. y) negoc. C 1. E 2. 3. 7. z) sardia E 2. a) dimerse C. E 7. b) normandia D 3; nordmannia E 1. 2. 9. c) pyrat. C. E 3. d) flandensi D 3; flandersi E 6; fladrensi E 7.

1) Carniolum = Krain. 2) Cf. supra a. 812.

sibi litoris custodibus, quinque suorum interfectis irritae^e recesserunt. Tandem in Aquitanico^f litore prosperis usae successibus vico quodam, qui vocatur Buyn^{g·1}, ad integrum depopulato cum ingenti praeda ad propria reversae sunt.

Hoc² anno propter iuges pluvias et aerem nimio humore^h resolutum magna incommoda contigerunt. Nam et hominum et boum pestilentia tam inmane longe lateque grassata est, ut vix ulla pars totius regni Francorum ab hac peste inmunis atque intacta possetⁱ inveniri. Frumenta quoque et legumina imbrum adsiduitate^k corrupta^l vel colligi non poterant vel collecta computrescebant. Vinum etiam, cuius parvus proventus eodem anno fuit, propter caloris inopiam acerbum^m et insuave fiebat. In quibusdam vero locis de inundatione fluminum aquis in plano stagnantibus³ autumnalis satio ita impedita est, ut penitus nihil frugum ante verniⁿ temperiem seminaretur. Luna defecit VIII. Kal. Decembr. hora noctis secunda.

Imperator post peractum Carisiaci conventum autunaleisque venationem ex more completam Aquasgrani^o reversus est.

821.

Febr. DCCCXXI. Conventus mense Febr. Aquis^a habitus et in eo de bello Liudewitico^b tractatum ac tres exercitus ordinati, qui futura aestate perfidorum agros^c per vices^d vastarent. Simili modo de marca Hispana^e constitutum et hoc illius limitis praefectis imperatum est. Iterumque conventus mense Maio Noviomagi habendus conductus est comitesque, qui illuc venirent deputati.

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

e) irrita C 3. D 1. E 2; irrita E 7. f) equitaneo D 3. g) burn C 3. Ann. Mett.; buin Vita Hludowici; buyn bundium D 1. 3; bundium E. h) umore E 1. 2. 9. i) possit D 1. E 1. 3. 9. k) assid. C 3. D 3. E 3. 6. 7. l) corrupti C 3. D 3. m) aceruum C. D 3. E 2. 9. n) ueris E 6. 7. o) aquisgr. C 3. D 1. E 3. 7.

821. a) aquisgrani E 3. 7. b) ludewico E 6; ludowici E 7. c) per uices agros uast. C. d) uicos E 6. 7. e) hispania C 3. D 1. 3. E 6; hyspania E 7.

1) Bouin e meridie ostii Ligeris (départ. Vendée, arrond. les Sables). 2) Abhinc annales altii auctori videntur deberi, quem Hilduin fuisse suspicor; cf. Dünzelm., 'Neues Archiv' II, 491, G. Monod, 'Hilduin et les Ann. Einhardi' ('Mélanges Julien Haret', Paris 1895). 3) Cf. Tac. Ann. I, 76: Tiberis plana urbis stagnaverat (M.).

Eo dominus^f imperator post festi paschalis exple- Mart. 24.
tionem per Mosam^g navigavit; ibique constitutam annis
superioribus atque conscriptam inter filios suos regni^h
partitionem recensuit ac iuramentis optimatum, qui tunc
adesse potuerantⁱ, confirmavit. Susceptisque ibidem Pa- Mai.
schalis Romani pontificis legatis, Petro videlicet Centum-
cellensi^k episcopo et Leone nomenclatore, eisdemque
celeriter absolutis, comitibus etiam, qui aderant, ad ex-
peditionem Pannonicam destinatis ipse paululum ibi re-
moratus Aquasgrani^l reversus est. Et post paucos dies
per Arduennam iter faciens¹ Treveros^m ac Mettisⁿ venit;
indeque Rumerici castellum petens reliquum aestivi ca- Aug.)
loris et autumni dimidium exercitatione venatoria in
* p. 208. Vosegi^o saltu atque secretis *exegit.

Interea Borna dux Dalmatiae atque Liburniae de-
functus est, et petente populo atque imperatore consenti-
ente nepos illius nomine Ladasclavus^p successor ei
constitutus est. Adlatum^q est et de morte Leonis Con-
stantinopolitani imperatoris, quod conspiratione quo-
rundam optimatum suorum et praecipue Michahelis^r
comitis domesticorum in ipso palatio sit interemptus;
qui suffragio civium et praetorianorum militum studio
infulas^s imperii suscepisse dicitur². Fortunatus pa-
triarcha Gradensis^t, cum a quodam presbitero^u suo no-
mine Tiberio^v apud imperatorem fuisse accusatus, quod
Liudewitum^w ad perseverandum in perfidia, qua coe-
perat, hortaretur eumque ad castella sua munienda arti-
fices et murarios mittendo iuvaret et ob hoc ad palatium
ire iuberetur, primo velut iussionem impleturus in Hi-
striam^x profectus est, inde simulato reditu ad Gradum^y
civitatem nullo suorum praeter eos, cum quibus hoc
tractav rat, suspicante nanctus^y occasionem clam navi-
gavit, veniensque Iaderam^z Dalmatiae^a civitatem Io-

C 1, 2, 3, (4) D 1, (2) 3, E 1, 2, 3, (4, 5) 6, 7, 9.

f) Eodem tempore post D 1; Eo dñi impr E 1, 2. g) inosam D 3. h) Hic desinit E 9.
i) poterant C. E 6; potuerunt E 3. k) -celensi C 3. D 3. E 2. l) aquisgr. C 3. E 3.
m) treueres E 2. n) metis C 3; meitis E 6. o) uosei C 3. p) ladasclao C.
q) Allatum D. E 2. 3. 6. 7. r) michaelis D 3. E 1, 2. s) infulas — dicitur desunt E 2.
t) gradiensis E 6. u) pbro D 3. E 3, 6, 7. v) tyberio C 3. E 3, 7. w) liude-
unicum D 3; ludeunicum E 6; ludounicum E 7. x) histria E 1; hystriam E 3.
y) nactus D 3. E 3, 6, 7. z) iaderiam C 3. a) dalmaticae C 2; dalmatiem C 3;
dalmac. E 1, 7.

1) Die Jul. 28. Prumiae versatus est. 2) Leo V. iam a. 820.
Dec. 24. imperfectus erat; sed successor eius Michaelis II. a. 824. demum
primam legionem misit. Vide infra. 3) Grado. 4) Zara.

hanni praefecto provinciae^b illius fugae sua causas aperuit, qui eum statim navi impositum^c Constantinopolim misit.

Oct. Medio mense Octobrio conventus generalis apud Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebratur, in quo dominus Hlotharius^d, primogenitus domni imperatoris Hludowici^e, Irmgardam^f Hugonis^g comitis¹ filiam solemni^h more duxit uxorem. Illuc etiam legati sanctae Romanae ecclesiae, Theodorus primicerius ac Florus superista, cum magnis venere muneribus. Adfueruntⁱ et comites in eodem conventu iam de Pannonia regressi, qui depopulata desertorum et Liudewito^k adhaerentium^l universa regione, cum nullus eis copiam pugnandi fecisset, domum regressi sunt. Eminuit in hoc placito piissimi imperatoris misericordia singularis, quam ostendit super eos, qui cum Bernhardo^m nepote suo in Italia contra caput ac regnum suum coniuraverunt: quibus ibi ad praesentiam venire iussis non solum vitam et membra concessit, verum etiam possessiones iudicio legis in fiscum redactas magna liberalitateⁿ restituit. Adalhardum quoque de Aquitania^o, ubi exulabat², evocatum Corbeiae^p monasterio, ut prius fuerat, abbatem ac rectorem esse iussit; cum quo et Bernharium^q fratrem eius reconciliatum eidem monasterio reddidit. Compleatisque his, quae ob regni utilitatem inchoaverat, et sacramento, quod apud Noviomagum pars optimatum iuraverat, generaliter consummato ipse Aquasgrani^r revertitur, filium autem Hlotharium^s post nuptias ritu solemni^t celebratas ad hiemandum Wormatiam^u misit.

(Nor.) De parte Danorum omnia quieta eo anno fuerunt, et Harioldus a filiis Godofridi^v in societatem regni re-

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

b) prouintiae C 2. 3. D 1. 3. E 2. 3. 6. c) iupos. C 1. 3. D 3. d) lotharius C 3. E 3; hlotatherius E 6; hlotar. E 7. e) hludoici C 1; hludouici D 1. E 1. 2; hlocoici D 3; ludouinci E 3. 7; ludeuici E 6. f) erming. C 3; irmingartham D 3; irmengardam E 2; yrmung. E 7. g) hunonis E 6. h) sol. more desunt C 3; sollempni D 3. E 3. 6; sollempni E 2. 7. i) Aff. E 3. 6. 7. k) luid. D 1; liudeuico D 3; ludeuico E 6; ludowico E 7. l) adherent. C 3. D 3. E 1. 2. 3. 7. m) bernardo C 3. E 2; berenhardo D 3. n) libertate E 1. 7. o) equit. D 3. p) chor. D 3. q) bernarium D 1; berenharium D 3. r) aquisgr. C 3. D 3. E 3. 7. s) lotharium C 3. D 3; hlutharium E 1; luthorium E 3; hlotarium E 6; lotar. E 7. t) solempni C 3; sollempni D 3. E 3. 6. 7. u) urmatiam D 1; uuormaciam E 1. 2. 6. v) godefridi E 3. 7.

1) *Turonensis supra (a. 811.) commemorati.* 2) *Ab a. 814. in monasterio S. Philiberti in insula Hermoutier sive Noirmoutier custoditus erat; tunc revocatus abinde iterum Corbeiae monasterio praefuit, usque eo dum a. 826. mortuus est. Cf. Simson I, 21. 171, II, 267—273.*

ceptus¹; quae res tranquillum inter eos huius temporis statum fecisse putatur^w. Sed quia Ceadragus^x Abodritorum princeps perfidiae et cuiusdam cum filiis Godofridi^y factae societatis notabatur, Sclaomir^z emulus eius in patriam remittitur; qui, cum in Saxoniam venisset, aegritudine decubuit perceptoque baptismi sacramento defunctus est.

Autumnalis satio iugitate pluviarum in quibusdam locis impedita est. Cui hiems^a in tantum prolixa succedit et aspera, ut non solum minores rivi ac mediocres fluvii, verum ipsi maximi ac famosissimi amnes, Rhenus^b videlicet ac Danubius Albisque ac Sequana caeteraque^c per Galliam atque Germaniam^d oceanum potentia flumina, adeo solida glacie^e stringerentur^f, ut tricenis vel eo amplius diebus plaustra huc atque illuc commeantia velut pontibus iuncta sustinerent; cuius resolutio non modicum villis iuxta Rheni^g fluenta constitutis damnum intulit.

822.

DCCCXXII. In regione Thuringorum^a quodam in loco iuxta fluvium cespis longitudine pedum quinquagenum, latitudine quattuordenum, altitudine sesquipedali de terra sine manibus et praecisus et sublatus est et ab eo loco, in quo sumptus est, viginti quinque pedum spatio distans inventus est. Item in parte orientali * p. 209. Saxoniae^b, quae^c Sorabo^{*}rum^d finibus contigua est, in quodam deserto loco iuxta lacum, qui dicitur Arnseo^e.², in modum aggeris terra intumuit et limitem unius leugae longitudine porrectum sub unius noctis spatio absque humani operis molimine ad instar valli subrexit.

Winigisus^f dux Spolitinus^g iam senio confectus habitu saeculari deposito monasticae conversationi se

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

w) putabatur E 6. 7. x) ceadrogo D 2. y) godafredi D 2; godefr. E 3. 7. z) scla-
moir E 3. a) hiemps C 3. D 3. E 3; hiem E 1. 2. b) hrenus C; renus E 3. c) cet.
C 3. D 1. E 2. 7. d) germaniam D 3; germania E 1. e) glatiae C 2. 3. D 3;
glatie E 2; glacię E 3. f) stringerentur E 1. 2. g) reni C 1. D 1. E 3; hreni C 2. 3.
822. a) thoring. C 3. E 2; turing. E 3. b) saxonia C 3. c) quae — in Ita-
liam misit uno folio exciso omnia desunt C 1. d) saraborum C 3. E 7; sola-
borum D 1. e) arnseco E 7. f) uuinegisus C 3; Vuinnig. E 1. g) spolitanus C 3.
E 3. 6. 7.

1) Cf. *Iust. XLIII*, 1: ut et in societatem regni recipereetur (*M.*).

2) Arendsee inter oppida Salzwedel et Seehausen in parte districtus Magdeburgensis septentrionali, quae dicitur Altmark.

mancipavit ac non multo post tactus corporis infirmitate decessit; in^h cuius locum Suppo Brixiae^{i·1} civitatis comes substitutus est².

Domnus imperator consilio cum episcopis et optimatibus suis habito fratribus suis, quos invitatos tondere iussit, reconciliatus est et tam de hoc facto quam et de his, quae erga Bernhardum^k filium fratris sui Pippini^l necnon et his, quae circa Adalhardum abbatem et fratrem eius Walahum^{m·3} gesta sunt, publicam confessionem fecit et paenitentiamⁿ egit. Quod tamen in eo conventu, Aug. quem eodem anno mense Augusto Attiniaci^o habuit, in praesentia totius^p populi sui peregit; in quo, quicquid similium rerum vel a se vel a patre suo factum^q invenire potuit, summa devotione emendare curavit.

Exercitus de Italia propter Liudewiticum^r bellum conficiendum in Pannoniam^s missus est, ad cuius adventum Liudewitus^t Siscia^{u·4} civitate relictā ad Sorabos^{v·5}, quae natio magnam Dalmatiae partem optinere dicitur, fugiendo se contulit et uno ex ducibus eorum, a quo receptus est, pei dolum imperfecto civitatem eius in suam rededit dicionem^w. Missis tamen ad exercitum imperatoris legatis suis ad eius praesentiam se velle venire promisit.

Saxones interea iussu imperatoris castellum quoddam trans Albiam^x in loco, cui Delbende^{y·6} nomen, aedificant, depulsis ex eo Sclavis, qui illum prius occupaverant, praesidiumque Saxonum in eo positum contra incursiones illorum.

Comites marcae Hispanicae^z trans Sicorim^{a·7} fluvium in Hispania^z profecti vastatis agris et incensis compluribus villis et capta non modica praeda regressi

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

^{h)} in — est desunt E 6. 7. ⁱ⁾ brizie C 3; bryxiae E 3. ^{k)} brenb. C 2; bernardum C 3; berenh. D 3. ^{l)} pipinni C 3. D 1. ^{m)} uualachum C. E 3; uualahuun D 1; uualahuun E 6; walaum E 7. ⁿ⁾ poenit. C 2; penit. C 3. D 3. E 1. 7. ^{o)} attiniaci D 3. E 3; attiniaco E 7. ^{p)} tocius D 3. E 2. 3. 7. ^{q)} factarum C. ^{r)} liudeuuenti cum C 2; liudeuuentum D 1; liudeuicūcum D 3; liudeuenticum E 6; liudeuicicum E 7. ^{s)} pannouia E 3. ^{t)} liudeuuentus C 2; liudeuventus D 1; liudeuicus E 6; ludowicus E 7. ^{u)} scisia C 2. D 3; sisscia C 3; scisia D 1; sicia E 2. ^{v)} sarabos C 3. E 2. 7. ^{w)} ditionem C 2. 3. E 3. 6. 7. ^{x)} alpiam e corr. C 3. ^{y)} delbenne E 7. ^{z)} hysp. E 7. ^{a)} transsicorim C 2. 3. E 7.

1) *Brescia*. 2) *Suppo* a. 817. coniurationem Bernhardi imperatori detexerat; *Simson* 115. 3) Qui a. 814. monachus Corbeiensis factus erat et a. 826. Adalhardi loco abbas eius monasterii constitutus est, cui usque ad a. 836. praefuit. Cf. *Simson* 21. 179. 263. 4) *Sisek*. 5) *Serben*. 6) *Sine dubio prope silvam Delvunder* (*Sachsenwald*) et flurium *Delvundam* (*Delvenau*), quorum *Adamus Bremensis* mentionem facit. 7) *Segre*.

sunt. Simili modo post aequinoctium autumnale a comitibus marcae Brittanicae^b in possessionem cuiusdam Brittonis^c, qui tum rebellis extiterat, nomine Wihomarcus^d, expeditio facta, et omnia ferro et igni vastata sunt.

Peracto conventu, quod Attiniaci^e habebatur, dominus imperator venandi gratia Arduennam^f petiit; Hlotharium^g vero filium suum^h in Italianam misit, cumⁱ quo Walahum^k monachum propinquum suum, fratrem videlicet Adalhardi^l abbatis, et Gerungum ostiariorum magistrum una direxit, quorum consilio et in re familiari et in negotiis ad regni commoda pertinentibus uteretur. Pippinum^m autem in Aquitaniamⁿ ire praecepit, quem tamen prius filiam Theotberti^o comitis Matricensis¹ in coniugium fecit accipere et post nuptias celebratas ad occiduas partes proficisci. Ipse vero peracta autumnali venatione trans Rhenum^p ad hiemandum in loco, qui Franconofurd^q appellatur, profectus est.

Ibique generali conventu congregato necessaria (*Nor.*) quaeque ad^r utilitatem orientalium partium regni sui pertinentia more solemnis cum optimatibus, quos ad hoc evocare iusserat, tractare curavit. In quo conventu omnium orientalium Sclavorum, id est Abodritorum, Soraborum^t, Wilzorum^u, Beheimorum^v, Marvanorum^w,² Praedenecentorum^x,³ et in Pannonia residentium Abarum^y legationes cum muneribus ad se directas audivit. Fuerunt in eodem conventu et legationes de Nordmannia^z, tam de parte Harioldi^a quam filiorum Godofridi^b; quibus

* p. 210. om^{*}nibus auditis ac dimissis ipse in eodem loco constructis ad hoc opere novo aedificiis, sicut dispositum habuerat, hiemavit.

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

b) britanniae D 3; britanicae E 2; britann. E 3. c) brettonis E 6. d) uuihomarchus C 3; -martus D 1; wiomarcus E 7. e) attiniaci E 3. 6; attiniaco E 7. f) aduennam E 2. g) lotharium E 3; hlotarium E 6. 7. h) Post hoc vocabulum duo exciderunt folia E 1. i) Ab hoc vocabulo post folium amissum pergit C 1. k) uualauum C 8. E 7; uualahun E 3. l) adalardi C 3; adelh. E 2. m) Pipinnum D 1. n) aequit. D 3. o) theodb. C 3; theob. D 3. E 2. 3. p) hrenum C; renum E 3. q) franconouurd E 3. r) et ad C. s) sollempni C 3. D 3. E 3. 6. 7. t) saraborum C 3. D 1. 3. E 2. 6. 7. u) uilzzorum D 1; uuiltzorum D 3. E 1. 2. 6. v) behemorum C 3. w) maritanorum E 3; deest E 6. x) pred. C 3. E 6; pdeuec. D 3. y) abrum C 2; abarorum C 3; auarum E 1; ab harum E 7. z) nordmania C 1; nordimannia E 2. a) harioldis C 3. b) godefr. C 3. E 3; gotdefr. E 7.

1) *Pagus Matricensis inter fluvios Seine et Eure (départ. Eure) situs erat, ubi hodie vicus nomine Madrie invenitur.* 2) Mährer.
3) *Abodritorum orientalium in pago Branitschewo; cf. supra a. 818. et infra a. 824.*

823.

Mai. DCCCXXIII. Mense Maio conventus in eodem loco habitus, in quo non universi Franciae^a primores, sed de orientali Francia^b atque^c Saxonia, Baioaria^d, Alamannia^e atque Alamanniae contermina^f Burgundia et regionibus Rheno^g adiacentibus adesse iussi sunt. In quo inter caeteras^h barbarorum legationes, quae velⁱ iussae vel sua sponte venerunt, duo fratres, reges^k videlicet Wilzorum^l, controversiam inter se de regno habentes ad praesentiam imperatoris venerunt, quorum nomina sunt Milegastus^m et Cealadragusⁿ. Erant idem filii Liubi^o regis Wilzorum^p; qui licet cum fratribus suis regnum divisum teneret, tamen, propter quod maior natu erat, ad^q eum totius^r regni summa pertinebat. Qui cum commisso^s cum orientalibus Abodritis proelio^t interisset, populus Wilzorum^l filium eius Milegastum^u, quia maior natu erat, regem sibi constituit; sed cum is^v secundum ritum gentis commissum sibi regnum parum digne administraret, illo abiecto iuniori fratri regium honorem deferunt: quam ob causam ambo ad praesentiam imperatoris venerunt. Quos cum audisset et gentis voluntatem proniorem in^w iunioris fratri honorum agnovisset, statuit, ut is delatam sibi a populo suo potestatem haberet, ambos tamen muneribus donatos et sacramento firmatos in patriam remisit.

Accusatus est in eodem placito apud imperatorem Ceadragus^x Abodritorum princeps, quod se erga partem Francorum parum fideliter ageret et ad imperatoris praesentiam iam diu venire dissimulasset. Propter quod ad eum legati directi sunt, cum quibus ille iterum quosdam ex primoribus gentis suae ad imperatorem misit; perque^y illorum verba promisit, se ad proximum hiemis tempus ad illius praesentiam esse venturum.

Hlotharius^z vero, cum secundum patris iussionem in Italia^a iusticias^b faceret et iam se ad revertendum de Italia praepararet, rogante Paschale papa Romam

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

823. a) frantiae C 2. 3. D 3. b) frantia C 2. 3. D 3. c) atque Sax. desunt E 3. d) baunuaria D 3. e) alimannia D 3. f) conterminia C 1. 2. g) hreno C; reno E 3. h) ceteras C 3. D 1. E 7. i) vel iussae desunt E 3. k) deest C. l) uulz-zorum D 1; uulzorum D 3. E 2. 6. m) milegatus C 3. E 2; meligastus E 3; mille-gastus E 6. 7. n) ce leadragus C; cealadargus D 3. o) liudi C 3. p) uulz-zorum D 1; uulzorum D 3. E 2. 6. 7. q) ad — natu erat desunt C 2. r) tocius D 3. E 3. 7. s) misso E 2. 7. t) plio C 1. D 3. E 3. 6. 7. u) melegastum C 3; melig. E 3; milleg. E 7. v) his C 2. 3. D 3. w) deest C 3. D 1. 3. x) caedragus D 3; et adragus E 3. y) per quae C 1. D 1. 3. z) Lotharius E 3; Hlotar. E 6. a) in italiciam C 3. b) iustic. D 3. E 3. 6. 7.

venit et honorifice ab illo susceptus in sancto paschali ^{Apr. 5.} die apud sanctum Petrum et regni coronam et imperatoris atque augusti nomen accepit; inde Papiam regressus mense Iunio ad imperatorem venit. Qui cum imperatori ^{Iun.} de iustitiis^e in Italia a se partim^d factis partim inchoatis fecisset indicium^e, missus est in Italianam Adalhardus comes palatii^f, iussumque est^g, ut Mauringum^h Brixiae comitem secum adsumeret et inchoatas iusticiasⁱ perficere curaret.

Dragonem^k fratrem eius sub canonica vita degentem Mettensi^l ecclesiae^m clero eiusdem urbis consentiente atque eligente rectorem constituit eumque ad pontificatus gradum censuit promoveri. ^(Iun. 12.)

In eodem conventu tempus et locus alterius conventus habendi condictus est, November videlicet mensis et Compendium palatum; peractoque placito et dimissis primoribus, cum imperator iam inde¹ digredi statuisset, adlatumⁿ est ei de interitu Liudewiti^o, quod relictis Sorabis, cum Dalmatiam^p ad Liudemuhslum^q avunculum Bornae ducis pervenisset et aliquantum temporis cum eo moratus fuisse, dolo ipsius^r esset interfectus.

Nuntiatum^s est etiam, Theodorum sanctae Romanae ecclesiae primicerium et Leonem nomenclatorem^t, generum eius, in patriarchio Lateranense^u primo excaecatos ac deinde fuisse decollatos et hoc eis ob hoc contigisse, quod se in omnibus fideliter erga partes Hlotharii^v iuvenis imperatoris agerent; erant et, qui dicere, vel iussu vel consilio Paschalis pontificis rem fuisse perpetrata. Ad^w quod explorandum ac diligenter investigandum missi^x sunt Adalungus^y abbas monasterii sancti Vedasti^z et Hunfridus^z comes Curiensis. Sed antequam illi fuissent profecti, venerunt legati *Paschalis pontificis, Iohannes episcopus Silvae-candidae et Benedictus

C 1. 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

c) iustic. D 3. E 6. 7. d) p. factis desunt E 7. e) indit. C 3. E 3. 6. f) palacii E 2. 6. 7. g) deest C 3. E 6. h) magr. corr. mar. D 1; mar. E 3; maun. E 6. i) iustic. D 3. E 2. 3. 6. 7. k) Dragonem E 6. l) metensi C 3. E 6. 7; mettensis D 1. m) eccl. D 3. E 3. 6. n) all. D 1. E 3. 6. 7. o) luid. D 1; luduunici D 3; ludeuici E 6; ludowici E 7. p) dalmaciā E 2. q) liudemhuslum C 3; liudemislum D 1; liudemuslum D 3; liudemunhsrum E 3; ludemulslum E 6. r) -us esset post duo folia amissa pergit E 1. s) Nunc. C 1. 2. D 3. E 7. t) clatorem E 1. 2. 3. u) laterensi E 6. v) lotharii E 3; hlotarii E 7. w) At C 1. 2. E 7. x) m. sunt desunt C 3 (non in Ann. Mett.). y) adelongus C 3; adalangus E 3; adalingus E 6; adalgundus E 7. z) humifr. D 1.

1) Scilicet Franconofurdo. 2) St. Vaast. Adalungus ibi teste
Chr. Vedastino abbas fuit 809—839.

archidiaconus sanctae sedis apostolicae, rogantes imperatorem, ut illam infamiam a pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem consensisse credebatur. Quibus cum ille, iuxta quod ratio postulabat, respondisset eosque dimisisset, praedictos legatos suos ad investigandam rei veritatem, sicut prius disposuit, Romam ire paecepit; ipse vero reliquum aestatis tempus in pago Wormacense^a ac deinde in Arduenna transigens^b per Nov. 1. acta autumnali venatione ad Kal. Novembr., sicut cixerat, Compendium venit.

Legati Romam venientes rei gestae certitudinem adsequi non potuerunt, quia Paschalis pontifex et se ab huius facti communione cum magno episcoporum numero iureiurando purificavit et interfectores praedictorum hominum, quia de familia sancti Petri erant, summopere defendens mortuos velut maiestatis reos condemnabat^c, iure caesos^d pronuntiavit atque ob hoc cum praedictis, qui ad eum missi fuerant, legatis Iohannem Silvae-candidae episcopum et Sergium^e bibliothecarium^f, Quirinum quoque subdiaconum ac Leonem magistrum militum ad imperatorem misit. Qui cum tam per illos quam per suos legatos de sacramento pontificis et excusatione reorum comperisset, nihil sibi ultra in hoc negotio faciendum ratus^g, memoratum Iohannem episcopum et socios^h eius ad pontificem dato conveniente responso remisit.

Cedragusⁱ Abodritorum princeps pollicitationibus suis adhibens fidem cum quibusdam primoribus populi sui Compendium venit dilatique per tot annos adventus sui rationem coram imperatore non inprobabiliter reddidit. Qui^k licet^l in quibusdam causis culpabilis appareret, tamen propter merita parentum suorum non solum inpunitus, verum muneribus donatus ad regnum redire permissus est.

Venerat et Harioldus de Nordmannia^m, auxilium petens contra filios Godofridiⁿ, qui eum patria pellere minabantur; ob cuius causam diligentius explorandam ad eosdem filios Godofridiⁿ Theotharius^{o·1} et Hruod-

C1. 2. 3. (4.) D1. (2.) 3. E1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

a) uurmace n C3. D1; uuormaeensi E6. b) transiens C2. 3. Ann. Mett. D1. 3.
c) condempn. C2. 3. D1. E3. 6. 7. d) coecos C3; cessos D3; cesos E3. 6. 7. e) ser-
ium D3. f) bibliotec. D1. E2. g) deest E6. 7. h) sociis C1; sotis C2; so-
tios C3. i) Cedragus D3; Ceadragus E6. 7. k) Post hoc vocabulum octo folia
exciderunt C1. l) libet C2. D3. E1. 2. m) nortmannia D1; norm. D3.
n) godefr. C3. E3. 7. o) teotharius C2; theotar. D1; theosar. D3; theodar. E3.

1) *Supra* (a. 811.) *commemoratus*.

mundus^p comites missi fuerunt, qui et causam filiorum Godofridi^q et statum totius regni Nordmannorum^r diligenter explorantes adventum Harioldi praecesserunt et imperatori omnia, quae in illis partibus comperire^s potuerunt, patefecerunt. Cum quibus et Ebo^t Remorum^u archiepiscopus, qui consilio imperatoris et auctoritate Romani^v pontificis praedicandi gratia ad terminos Danorum accesserat et^w aestate^x praeterita multos ex eis ad fidem venientes baptizaverat, regressus est.

Hoc anno prodigia quaedam extitisse narrantur, in quibus praecipua fuerunt in Aquense^y palatio terrae^z motus et in territorio Tullense^a iuxta villam Commerciacum^b.¹ puella quaedam annorum fere XII ab omni cibo per decem menses abstinens². Et in Saxonia in pago, qui vocatur Firihsazi^c, viginti tres villaे igne caelesti concrematae, et fulgora^d sereno atque interdiu de caelo cadentia. Et^e in territorio Cumetensi^f Italiae^g civitatis in^h vico Grabadonaⁱ.³ in ecclesia sancti Iohannis baptistae imago sanctae Mariae puerum Iesum gremio continentis^k ac magorum munera offerentium in absida eiusdem ecclesiae depicta et ob nimiam vetustatem obscurata et pene abolita^l tanta claritate per duorum dierum spatia effulsit, ut omnem splendorem novae^m picturae suae vetustatisⁿ pulchritudine cernentibus penitus^o vincere videretur. Magorum tamen imagines praeter munera, quae offerebant, minime claritas illa *p. 212. inradiavit^p. Et in multis regionibus fruges^q grandinis vastatione deletae atque in quibusdam locis simul cum ipsa grandine veri lapides atque ingentis ponderis decidere visi; domus quoque de caelo tactae hominesque ac caetera^q animalia passim fulminum^r ictu praeter solitum crebro exanimata^s dicuntur. Secuta est ingens

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
 p) hruodmandus C 2; ruotmundus C 3; ruodm. D 3. E 3; hariolthmundus E 6. 7.
 q) godefr. C 3. E 3. r) nortm. D 1. s) comperiri E 6. 7. t) ebbo D 1. u) remus E 3.
 v) pont. rom. E 6. 7. w) deest C. D. E 2. 6. 7. x) estate E 3. 6. 7. y) aquino
 C 2; aquensi E 6. z) terre C 2. 3. E 6. 7. a) tulense D 1; tullense E 1; tullensi E 6.
 b) cummertiacum C 2. D 1; commertiam cum C 3; cummerciacum E 2. c) firihszai C 2;
 frisazi C 3; frihsati D 1; frihsazi D 3; strihsazi E 6. 7. d) fulgora C 3. D 1. E 3. 6. 7.
 e) Et — inradiavit desunt E. f) cummetensi C 2; cometensi C 3; cometensi D 2.
 g) italicae C 3; italio D 3. h) in uico desunt D 3. i) gradabona D 2; grabbadona D 3.
 k) continens codices. l) obolita D 1; ippolita D 3. m) noua D 1. 3. n) uenustatis C.
 o) paenitus C 3. D 3. p) irrad. C 3. D 3. q) cetera C 2. 3. D 1. E 2. 7. r) fluminum C 2. 3. E 2. s) examin. C 2. 3. D 1. E 7.

1) Commercy. 2) Infra (a. 825.) narratur, eam a pascha a. 823. usque ad a. 825. cibo abstinuisse; unde sequitur, haec circiter mense Februario a. 824. scripta esse. 3) Gravedona in occidentali parte lacus Cumani.

pestilentia atque hominum mortalitas, quae per totam Franciam^t inmaniter usquequaque grassata est et innumeram hominum multitudinem diversi sexus et aetatis gravissime seviendo consumpsit.

824.

DCCCXXIII. Rex Bulgarorum N.^a.* velut pacis faciendae gratia legatos ad imperatorem cum^b litteris misit. Quos ille cum audisset ac litteras, quae adlatae^c fuerant, legisset, rei novitate non inmerito permotus ad explorandam^d diligentius insolitae et numquam prius in Franciam^e venientis legationis causam Machelnum^f quendam de Baioaria^g cum ipsis legatis ad memoratum regem Bulgarorum direxit.

Mart. 5. Hiemps^h aspera valdeque prolixa facta est, quae non solum caeteraⁱ animalia, verum etiam homines quosdam inmanitate frigoris extinxit. Luna defecit III.^k Non. Mart.^l hora noctis secunda. Suppo^m dux Spolitinusⁿ decessisse nuntiatur^o.

Iun. 24. Interea^p legati Romani pontificis Romam regressi eundem valida infirmitate detentum ac morti iam proximum invenerunt; qui etiam paucis post adventum illorum exactis diebus^q vita decessit. In cuius locum cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius tamen archipresbyter tituli sanctae Sabinae vincente nobilium parte subrogatus atque ordinatus est. Cuius rei nuntium^r cum Quirinus subdiaconus, unus ex his, qui priori legatione fungebantur, ad imperatorem de tulisset, conventu circiter VIII. Kal. Iul. pronuntiato^s atque Compendio habito ipse ad Brittanicam^t expeditionem per se faciendam animo intento Hlotharium^t filium imperii socium Romam mittere decrevit, ut vice sua functus ea, quae rerum necessitas flagitare videbatur,

*) Omortag² add. D 2. E.

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

t) frantiam C 2. D 3. E 3.

824. a) non C 2. 3. D 1; deest E. b) e. litt. desunt C 3. c) all. C 3. D 1. E 3. 6. 7. d) explorandum E 2. 7. e) frantiam C 2. 3. D 3. E 3. f) machenum C 3. g) bauuaria D 3. h) hiems C 2. D 2. E 2. 6; Interea h. E. i) cetera D 1. E 7. k) II. C 2. l) martii C 3. E 6. 7; maré D 1. 3. E 2. 3. m) suppolo E 2. n) spolitanus E 3. 6. 7. o) nuuc. D 3. E 3. 7. p) deest E. q) nuncium C 3. D 3. E 3. 7. r) pronicam (omissis nuntiato — Britta-) E 6. 7. s) brittaniam D 1; britanniam D 3; brittanicam E 1. 3. t) hlotharium E 1. 7; lothar. E 3.

1) Incertum, quo die. Cf. Simson 212, Jaffé-Wattenbach 320.

2) Qui Crumae a. 815. successerat; cf. Dünnler l. l. 396.

cum novo pontifice populoque Romano statueret atque firmaret. Et ille quidem ad haec exsequenda^u post medium Augustum in Italiam profectus est, imperator ^{Aug.} vero iter, quod in Britanniam^v facere paraverat, propter famem, quae adhuc preevalida erat, usque ad initium autumni adgredi^w distulit. Tum demum adunatis undique omnibus^x copiis Redonas¹ civitatem terminis Britaniae^y contiguam venit et inde diviso in tres partes exercitu duabusque partibus filiis suis Pippino^z et Hludowico^a traditis tertiaque^b secum retenta Britanniam^c ingressus totam ferro et igni devastavit^d. Consumptisque in hac expeditione XL vel eo amplius diebus, acceptis, quos perfido Brittonum^e populo imperaverat, obsidibus Ratumagum^f civitatem, ubi^g coniugem se operiri iusserat, ad XV. Kal. Decembr. reversus est.

Nor. 17.

Nam et illuc legatos Michahelis^h imperatoris, qui ad eum mittebantur, sibi occurrere iussit, cum quibus et Fortunatusⁱ patriarcha Veneticorum^k regressus ad eius venit praesentiam. Sed legati imperatoris litteras et munera deferentes, pacis confirmandae causa se missos esse dicentes pro Fortunato nihil locuti sunt; inter caetera^l tamen ad legationem suam pertinentia quaedam de imaginum veneratione protulerunt, propter quae se Romam ire atque apostolicae sedis praesulem consulere debere dixerunt. Quos cum legatione eorum audita ac responso redditio absolveret, Romam, ut se velle dicebant, ducere iussit; Fortunatum etiam de causa fugae ipsius percontatus ad examinandum eum Romano pontifici direxit.² Ipse Aquasgrani^m, ubi hiemare statuerat, profectus est.

Quo cum venisset et ibi natalem Domini celebrasset, ^{Dec. 25.} allatum est ei, quod legati regis Bulgarorum essent in Baioariaⁿ; quibus obviam mittens ipsos quidem usque ad tempus congruum ibidem fecit operiri. Caeterum^o

* p. 213. legatos Abodri^torum, qui vulgo Praedenecenti vocantur

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

u) exequenda C 2. 3. D 3. E 3. v) britanniam D 2. 3. E 1. 3. 6. w) agr. E 3. 6. 7.
 x) deest E 6. 7. y) britanniae D 3. z) pipinno D 1. a) ludeuu. D 1. 3. E 6. 7;
 ludouuu. E 3; hludenuiho E 1. 2. b) terciaque D 3. E 3. 6. 7. c) britanniam D 3.
 E 1. 3. 6. d) uast. C 3. D 1. e) brantonium D 3. f) rodtom. C 3. g) ibi D 1. E 6.
 h) michaelis C 3. E 1. 2; michaelem D 3. i) fornatus D 1. k) uenetiorum E 7.
 l) cetera C 3. D 1. E 6. 7. m) aquisgr. C 2. 3. E 3. n) baunaria D 3. o) cet.
 C 2. D 1. E 7.

1) Rennes; ibi die Sept. 22. diploma datum est (Mühlbacher 766).

2) Paulo post Fortunatus in Francia mortuus esse dicitur; Simson 222.

et contermini Bulgaris^p Daciam^q Danubio adiacentem incolunt, qui et ipsi adventare nuntiabantur^r, illico venire permisit. Qui cum de Bulgarorum iniqua infestatione quererentur et contra eos auxilium sibi ferri descercent, domum ire atque iterum ad tempus Bulgarorum legatis constitutum redire iussi sunt.

Suppone^s apud Spoletium^t, sicut dictum erat, defuncto eundem ducatum Adalhardus comes palatii, qui iunior vocabatur, accepit. Qui cum vix quinque menses eodem honore potiretur, correptus febre^u decessit. Cui cum Moringus Brixiae comes successor esset electus, nuntio honoris sibi deputati accepto decubuit et paucis interpositis diebus vitam finivit.

Aeblus^v et Asinarius^w comites cum copiis Wasconum ad Pampilonam^x missi, cum peracto iam sibi iniuncto negotio reverterentur, in ipso Pirinei^y iugo perfidia montanorum in insidias deducti ac circumventi capti sunt, et copiae, quas secum habuere, pene^z usque ad internicionem^a deletae^b; et Aeblus^c quidem Cordubam^d missus, Asinarius vero misericordia eorum, qui eum ceperant^e, quasi qui consanguineus eorum esset^f, domum redire permissus est.

Hlotharius^f vero iuxta patris mandatum Romam (Nor.) prefectus ab Eugenio pontifice honorifice suscipitur.^g Cui cum iniuncta sibi patefaceret, statum populi Romani iam dudum quorundam praesulum perversitate depravatum, memorati pontificis benivolæ adsensione^g ita corredit, ut omnes, qui rerum suarum direptione graviter^h fuerant desolati, deⁱ receptione bonorum suorum, quae per illius adventum Deo donante provenerat, magnifice sunt^k consolati.

(Iun.) Hoc anno paucis ante solstitium^l aestivale diebus in territorio Augustodunense^m.³ aere in tempestatem

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
 p) bulgaris E 3. q) datiam C 2. D 1. 3. E 7; clauem C 3. r) nuntiabunt C 2;
 -buntur C 3. D 1. 3. E 1. 2. s) subpone E 2. t) spoletinum D 3; spoletum E 6. 7.
 u) febrae C 2. 3. v) Eblus E 6; Elbus E 7. w) asinarius D 3. x) pampi-
 lonem E 2. y) pyrinei C 3. E 3; pirinaei D 1. 3; perinei E 1. 2; pirenai E 6.
 z) poene C 2; poenæ C 3. a) internit. C 2. 3. E 3. 6. b) Post hoc vocabulum unum
 folium excidit E 1. c) eblus D 3. E 6; Elbus E 7. d) missus cord. E 6. 7.
 e) coeperant C 2. 3; ceperant D 3. E 2. 3. 6. f) Lothar. E 3; blotar. E 7. g) ass.
 E 3. 6. 7. h) graviter — receptione desunt E 2. i) direptione bon. E 6. 7. k) sint
 E 6. 7. l) solsticium D 3. E 6. 7. m) augustad. D 2; augustud. E 3. 6. 7.

1) Ipse enim Wasco genere fuisse videtur; cf. Simson 141.
 A Prudentio in Annalibus regni occidentalis a. 836. Azenarius appellatur.
 2) Cf. Pauli continuationem Romanam (SS. rer. Langob. 203): missam
 sancti Martini Romae celebravit; Simson 225. 3) Augustodunum = Autun.

subita mutatione converso ingens fragmentum ex glacieⁿ simul cum grandine decidisse narratur, cuius longitudo quindecim, latitudo septem, crassitudo duos pedes habuisse dicitur.

825.

DCCCXXV. Sacro paschali festo sollempniter^a *Apr. 9.* Aquisgrani^b celebrato, arridente etiam verna temperie^c imperator venandi gratia Noviomagum profectus legatos Bulgarorum circa medium Maium Aquasgrani^d venire praecepit. Nam sic illo reverti statuit, habiturus ibi conventum, quod^e de Britannia^f regressus eo se tempore ibidem habere velle optimatibus indicaverat.

Quo cum peracta^g venatione fuisset reversus, Bulgaricam^h legationem audivit; erat enim de terminis ac finibus inter Bulgaros ac Francos constituendis. Ad fueruntⁱ in eodem conventu pene omnes Brittaniae^k primores, inter quos et Wihomarcus^l, qui perfidia sua et totam Brittaniam^m conturbaverat etⁿ obstinatione stultissima ad memoratam expeditionem illo^o faciendam imperatoris animum provocaverat, tandem saniore usus consilio¹ ad fidem imperatoris, ut ipse dicebat, venire non dubitavit. Cui cum imperator et ignosceret et muneribus donatum una cum caeteris^p gentis suae primoribus domum remeare permetteret, promissam fidem, ut prius consueverat, gentilicia^q perfidia commutavit ac vicinos suos incendiis et direptionibus, in quantum potuit, infestare non cessans, donec ab^r hominibus^s Lantberti^t comitis² in domo propria circumventus atque imperfectus est. Imperator vero audita Bulgarorum legatione per eosdem, qui ad eum missi fuerant, legatos regi eorum missis litteris, prout videbatur, respondit.

Dimissoque conventu in Vosegum ad Rumerici montem venandi gratia proiectus filium suum Hlothah-

C 2. 3. (4.) D 1. (2.) 3. E 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

n) glatie C 2. 3; glatie E 3.

825. a) solemniter D 1; sollemniter E 2. b) aquasgr. D 3. E 6. c) temperie C 2. 3. D 3. d) aquisigr. C 3. E 3. 7. e) quem E 3. f) brittannia' D 3. E 3. 6. 7. g) peracto C 2. 3. h) bulcaricam E 2. i) Aff. C 3. E 3. 6. k) brittanniae D 3. E 6; britanniae E 2. l) uulhomarchus C 2; uuiomarcus E 3. m) brittanniam D 3. E 3. 6. n) et — provocaverat desunt D 3. o) illam C 3. D 1. p) cet. C 2. D 1. E 7. q) gentilia C 2. D 3; gentilitia C 3. E 2. 3. r) ab hom. desunt E 3. s) -nibus post folium amissum pergit E 1. t) lantberti C 3; lamberti E 6. 7.

1) Cf. V. Kar. 5: Lupus saniori usus consilio (D.). 2) Comitis Namnetensis († 837), cui cura marcae Britannicae commissa erat; cf. Simson 130.

rium^u ex Italia regressum ibique ad se venientem suscepit; ac peracta venatione Aquasgrani^v rediens generalem Aug. populi sui conventum more sollempni^w mense Augusto habuit. In quo conventu inter ceteras^x legationes, quae de diversis partibus venerunt, etiam et filiorum Godefridi^y de Nordmannia^z legatos audivit ac pacem, quam idem sibi dari petebant, cum eis in marca eorum mense Octobrio confirmari iussit. Completisque omnibus negotiis^a, quae ad illius conventus rationem *pertinere vide- *p. 214 bantur, Novi^bmagum^b cum filio^c maiore secessit, minorem vero filium suum^d Hludowicum^e in Baioarium^f direxit. Ipse^g autem autumnali venatione completa circa hiemis Nor. initium Aquasgrani^h reversus est.

In territorio Tullenseⁱ iuxta Commerciacum^k villam puella quaedam^l nomine^m N.ⁿ annorum circiter duodecim post sacram communionem, quam in pascha de sacerdotis manu sumendo perceperat, primo pane, deinde aliis omnibus cibis et potibus abstinentia in tantum ieunasse prohibetur, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens sine omni victus desiderio plenum triennium compleverit. Coepit^o autem ieunare anno incarnationis dominicae DCCCXXIII., sicut in ipsius anni descriptione superius adnotatum est; et hoc anno, id est DCCCXXV., circa Novembris mensis initium peracto ieunio escam^p sumere ac more caeterorum^q mortalium manducando vi vere coepit^r.

826.

